Pomponij Laeti, Historiae Romanae

Præfatio

# FRANCISCO BORGIAE EPISCOPO TEANEN. ET PONTIFICALIS ERARII PRAEFECTO POMPONIVS LAETVS.

SOLET quæri ab ſtudioſis viris vtilis ne ſit hiſtoria. Nos vero non mõ vtilem & frugiferam: ſed neceſſariã mortalibus eſſe cõtẽdimus: & quẽadmodum agriculatione corpora: ſic monimentis rerum animi fouentur. Vitæ cupido pharmaca pellendis morbis inuenit. Series rerum ne vna cum eo qui gerit interiret hiſtoriam excogitauit: Quantoq; nobilior corpore animus: tanto cæteras dotes præcellit hiſtoria. potiſſimamq; ſibi ſapientiæ partem vendicat. In ea enim eſt imitatio viuendi vicia deteſtatur: virtutes ardore quodã imitationis effert & cũ rebus omnibus tempora vetuſtatem adferant: hiſtoria nũero ãnoꝝ admirabilior eſt & ſãctior habetur. Scripſerũt multi de eius vtilitate deq; eius obſeruatiõe: que ꝑterire neglegẽtia nõ eſt. Ab hiſtoricis abeſſe debent fœdũ crimẽ adſentationis & amor ac beniuolẽtia metuſq; & ſimultas: qbus corrũpitur narratio: vti ſepe numero contigit. Aiunt enim ſcribe ſecurus quod lubet: & qđ velis narres: habiturus mẽdatioꝝ comites. Principes hiſtoriarum cur diſſẽtiũt Cur varia tradũt? Quod iudicium quo ſolemus in rebus vti ſepius decipit Itaq; ſcribere quæ ipſi vidimus vñ nomẽ eſſe memorãt errore liberi vera fateremur.

Quam vtilis

A historiador, no ha de mouer la pluma, por respeto o adulacion sino por la Verdad.

Sed quoniā ad ea quæ ab ſæculis noſtris remota ſunt adcomodatur narrādi materia: Iudicio opus ē ſimul & memoria. Adcuratius legere ꝓdeſt. Laudatur etiā ī hiſtoria breuitas: quæ ſit apta ac lucida vt illa Criſpi Salluſti. Liuius modo breuis mō copioſus plus eloquētiæ addidit. Sūt & alii cādidi: alii nimis falerati & tumidi. Veterꝝ ſiplicitas vt fuit. M. Catōis &. Q. Fabii iteriit. Nos vero breues eſſe volumus: & ſepius digreſſi ſumus ornatus gratia Verū ſi cādor ille ſimplicitatis ātiquæ aberit: veniam oramus: quam cum ſciamus minime mereri: ꝑcipue nobis dandā ab hiis qui legerint: aut audierint arbitramur: præterea hiſtoria quouis modo ſcripta delectationē adfert: Natura ipſa ad rerum notitiam ꝓuocamur: reſqꝫ auidius q̄ eloquētia petitur: vt qui qualibet nuda rerum cognitione etiam anilibus fabellis capiamur Nichil hiis cōmētariis falſi quātum perſpeximus auſi ſumus Exorſi ab īteritu Iunioris Gordiani vſqꝫ ad exiliū Iuſtini Heracliorum: multa diſperſa in vnū corpus colligimus: ab Phillippis vero vſqꝫ ad cædē Aemiliani: quia Trebonii Pollionis labor ſine capite eſt: & monimēta illorū tēpoꝝ deſiderantur nimis circūciſe narrauimus: vtcūqꝫ certi ſumus ꝓculdubio libellos tibi Borgia placituros: qui memoria ſæculorum plurimū delectaris & ob id a publicis negociis ſeuocaris: alii vero: ſi cætera nobis deeſſēt quoniā titulus tue humanitatis idex eſt ſatis ſunt probaturi. VALE:

Liber primus

# ROMANAE HISTORIAE COMPENDI=VM AB INTERITV GORDIANI IVNIO=RIS VSQVE AD IVSTINVM TERCIVM PER POMPONIVM LAETVM.

## BALBINVS . PVPIENVS . GORDIANVS.

MAximino ꝓfligādo qui primus poſt habita Senatus auctoritate ab exer=citu imperator Aug. adpellatus eſt ex cōcione Vectii. Sabini patres im=perium duobus viris decreuere & populus. Roma=nus concordi adſenſu ac lætitia ſciuit: hij fuere. Deci=us Cælius Balbinus & Marcus :Clodius Pupienus. Hic quamuis homo nouus per gradus dignitatis ſa=tis illuſtris erat & grauitate: ac ſeueritate venerabilis Balbini maiores ex gadibus Hiſpaniæ cum Pompe=io magno venerant: & ciuitatæ donati horum pri=mus Theophanes Balbus Romæ adpellatus Cor=nelius: quē. M. Tulius defēdit Igitur Balbinus nobi=litate familiæ fortuniſq; & clemētia ſatis cognitus hic Cæſaris: ille Catonis moribus comparatus ille cōtra Maximinos hoſtis iudicatus copias eduxit: hic vrbis gubernationē ſuſcepit: illius auſpiciis cæſi Maximini: huius bonitate tumultus in vrbe inter ciues ac præto=rianos exortus ē: tādē neq; illi ſeueritas neq; huic cle=

mentia protecerũt:ambos milites occiderũt.Gordia
num natu A.XIII. qui modo Cæſar erat: Impera=
torem fecerũt:non abnuente Senatu. Cuius ſucceſſi=
bus cũ poſſet Perſicũ nomen deleri inſidiæ Philippi
vetuerũt:Quibus circũuentus adoleſcens occiſus eſt
Et enim occultæ ꝓditiones ad excidiũ bonoꝝ exco=
gitatæ ſcelera audiẽtium prodigioꝝ augent: nõ fuit
inulta iuuenis Gordiani cædes:quicũqꝫ in eũ cõiura=
uerunt crudelibus ſuppliciis adflicti interierunt

## MARCVS ET SEVERVS OSTILIANVS.

Senatus de morte Gordiani factus certior Marcũ
quẽdã virũ grauẽ ac ſapientẽ iperatorẽ legit: qui ſu=
bita morte ipalatio:vbi habitabat:deceſſit.nec ſucceſ
ſor dilatus eſt:ſtatiqꝫ lectus a patribus Seuerus Oſti
lianus:qui repente cũ incidiſſet ĩ morbũ.Medicis ma
le venã ſoluẽtibus:occubuit :interea litteræ Philippi
ad ſenatũ adferuntur:in his ſcriptũ erat Gordianum
graui morbo adfectum obiiſſe:& Philippũ ab exer=
citu imparatorem factũ:rogareqꝫ vti patres ꝓbarent
Senatus qui rem nondũ nouerat Auguſtũ Philippũ
confirmauit.Gordianũ inter diuos rettulit.

## DE IMPERIO PHILIPPI

M.IVL.PHILIPPVS Voſtris arabiæ vrbe obſcu
ris parẽtibus natus eſt:cuius fortunæ humilitas gene
ris nõ obfuit.Ab teneris annis relicto patrio ſolo mi
litare cæpit:nec difficile hoc puero fuit. Nã Arabes

optimi ſũt eqtes:& militiã Romanã noſcere cæperũt in oriẽte res gerẽte Pompeio. Philippus haud parũ diligens per gradus promotionis aſcẽdit:comes ordinis deinde dux. Poſt præfectus prætorio. Tandem ĩ Perſide poſt mortẽ Miſithei exercitui a Gordiano ꝑficitur:& loco parẽtis iuuenis Imp. eum habuit. Miſitheus q & idem Timeſſocles vir modeſtus ac frugi reip. & militibus moderãdis tãta deſteritate vſus: vt vtriſq; cariſſimus fuerit: ꝑpter cuius bonitatẽ ſimul & ingenitã eloquentiam: eius filia adoleſcenti Gordiano nupſit: præfectuſq; vrbi factus tanti viri conſilio imperium ex omni parte augebatur: bello Perſico ſenis prouidentia fugatus eſt Sapores rex Artaxerſis. F. Erat aũt Sapores ſtatura procerus & corpore horribilis. Recuparatæ vrbes Antiochia quæ eſt Niſibis & Carre: exercitui commeatus nunquã defuit In eo exigẽdo ꝓuĩcialibus minime moleſtus. Senatus hominem quadrigis & titulo honeſtauit.

MISITHEO PARENTI PRINCIPVM. P.R. TVTORI REIP. S.P.Q.R

Sunt qui ſcribunt & hunc cõſilio Philppi obiſſe nam cum medici poculum decreuiſſent vẽtris ꝓ fluuio cohibẽdo: aliud fraude porrectum quo magis ſolueret. Poſt huius obitum factio Philippi plurimum creuit frumentariæ naues eius opera ĩter ceptæ ſunt. Exercituſq; exuriæ cũ laboraret ad loca difficiliora tradu-

ctus ad que per Euphratem commeatus aduehi non poſſet amici Philippi neglegētia pricipis id adſcribebāt Cæteri cum exurirēt facile crediderūt. Iāq̧ palā princeps adcuſabatur: adoleſcentia culpabatur ꝙ nō digna imperio eſſet: tandē fames impulit pene oēs imperium comendare Philippo: qui vna cum iuuene imperaret: quod diu durare non potuit: nā & Philippus fraudulēter omīa agebat: per clādeſtinos amicos noua crimina fingebat. Et iuuenis Scipionum ꝓles & Auguſtoꝝ heres: æquatum ſibi imperium cū indignitate Philippi egreferebat. Ea res ſædē Gordiano feſtinauit: adceſſit etiam ne amor. S P. Q. R. & militū intellectus hominis Arabici fraudibus imperiū abrogaret: hac via iam Aug. Philippus proficiſcēdi ad vrbem concionem habuit: percuſſoq̧ cū Perſis fœdere Meſopotamiā & Aſſyriā hoſtibus reliquit: paſſus victricium armorum dedecus: vt ad vrbem e Syria aduolaret: in natali agro vrbem ſui nominis condi iuſſit Philopopoli: & nequis ambigat aut nomīs ſimilitudine decipiatur: altera ē ī Thracia Philopopolis: quā Scythæ diripuerūt regū Macedoniæ opus: in itinere conſortē imperii fecit philippum filiū: reuerſus ad vrbem iam voti compos plura largitus ē: ſed ipſius aduentu lætitia haud ingēs quod ꝓuincias amiſerat itu dens ſedare animos omniū: inducto cū Perſis decreto: illis bellum indixit: ſperans ignominiam abolere.

Res ſine ſãguine peracta eſt Perſis ꝓuicias reſtituere pollicentibus:huius imperii anno ſecũdo ante xi.Kal Maii ingẽti pompa magnoq́ʒ ſumptu & adparatu ſæculares ludi.An.A.V.C.M.celebrati ſunt:beluæ triumpho Perſico & hiis ludis a Gordiano adſeruate: Nã iuuenis Natali vrbis triũphare decreuerat hec fuiſſe memorãtur Elephãti.xxxii.Halces.x.Ligrides.x.Leones mãſueti.lx.Leopardi cicures xxx:Hienæ.x.Hippopotamus vnus.Rhinoceros vnus Arcoleõtes.x.Cameleopardix.Onagri.xx.Eq̃ feri:xl.Gladiatoꝝ paria mille:quæ oĩa in circo Maximo exhibita & ſcenicos ludos ĩ pompei Theatro:tribus diebus:totiſdemq́ʒ noctibus.mirum dictu:peruigil populus ſpectauit:funalibus atq́ʒ lycnis tenebras vincẽtibus:& cũ multitudo ſolemnibus ludis ĩtenta eſſet incẽdiũ aut ex luminaribus:aut ex ignibus coalitũ in Curia diuagatum eſt:Theatrum Pompei arſit:& ei propinquũ Hecatonſtylon Centum columnarum in cãpo Martio:opus Centenariam porticum adpellabant:Circẽſes dati ĩ quibus certamine currendi quadrageſimus equorũ e carcere miſſus numeratus eſt.De ludis ſecularibus pauca referre haud ab re eſt.Eos inſtituiſſe fertur exactis regibus.M.Val.Publicola:& adpellatos quod plerũq́ʒ hominis ætas ſemel intueri põt:idq́ʒ aliquandiu ſeruatum eſt poſtea ambitiõe Cæſarum cupiẽtiũ id ſolemne ſuis temporibus exiberi:ordo cor=

ruptus eſt:& ꝓ libidine ſeculares ludi habiti. Interea Scythæ qui Miſitheo fidem præſtiterāt:& illius nutu quieti erāt:facta inrupitione limites trāſgreſſi vrbes & agros imperij Romani vaſtare:prædas abducere:cædes vndiqꝫ facere:incēdia ſuſcitare:domos villas tuguria euertere:metum haud inanem inferebāt. Expeditioni propere præficitur Marinus quidē dux limitis Sarmatici ab exercitu Illuricorū imperator eſt adpellatus:quod cum nūciatū eſſet Romæ. Philippus aduocato ſenatu:plurimum de Marini ingratitudine queſtus eſt. Decius vir clarus hortatus eſt pricipē ne timeret. Quod Marinus penas daturus eſſet:q poſt paulo cæſus ſeditōe militari, pœnas luit. Cōfirmatus imperator Vaticinio Decii contra Scythas cū ſupplemento copiarum ipſum Deciū miſit:qui cum ad exercitū perueniſſet concordi adſenſu milites Illuriciani imperatorē fecerunt:renuentem ac repugnātem ſtrictis enſibus coegerūt. Dux experientia rerū cautus:ne a pricipe adcuſari poſſet:neue locū calumniis præberet:fidiſſimo nunctio litteras ad Philippum dedit qbus ſe excuſabat ſuppliciter exorans:ne turbato animo ferret:ꝓmittens abdicatuꝝ ſe dignitate:ad quā inuitus tractus eſſet. Philippus vero hō punica fraude deterior:qui vt ſcelera tegeret:cultū chriſtiani nominis ſimulabat:expeditionē ſcriptis etiā nouis legionibus cōtra Decium parauit. & cum poſſet per duces

bellum gerere:ipſe eductis copijs:pfectus eſt: minis ingentibus palam adſerens ſe Decium cum toto ſcelerato exercitu perditurum. Hac mēte turbatus velut furore cōcitus ferebatur. Itaq̃ a militibus ipſe Veronæ cæſus ē. & Romæ filius a prætorianis. Is traditur fuiſſe Agelaſtos & ludis ſecularibus ridentē patrē ſeuero vultu īſpexiſſe: velut illū corrigerer: Ambo Philippi vixerunt An. V. & īmerito inter diuos relati.

## DECIVS.

IMP. CAES. M. Q. TRAIA. DECIVS. Au.

DECIVS bibali inferioris pannoniæ vrbe natus claris parentibus abeunte ætate ſpem optimæ indolis prebuit: in quo virtutes cū ætate creuerūt: ad ampliſſimas dignitates: non ambitio: non empta ſuffragia: nō corruptæ amicitiæ: ſed bōi mores pducere. Igitur qui a militibus Illuricianis ante imperator factus fuerat: ab ſenatu Auguſtus eſt adpellatus. Is cū magnitudinē imperii contēplaretur. P. Cor. Ior. Liciniū Valerianū: qui poſtea iperauit exercitui præfecit Virū militarem & bonis moribus nutritū: tum ſexageſimū ſextū agentē annū: & cum de Cenſore eligendo poteſtas ſenatui data eſſet ab Decio: Valerianus abſēs Cēſor lectus: in æde Caſtoris & Pollucis: i parte fori Romani verſus palatium: cuius veſtigia effodi vidimus: Ea cenſura probata Decio patre ac filio cos: modeſtia Decij hoc paſſa eſt. Nam poſtq̃ res. p. vnius nutu gu

bernari cœpta eſt. Ipſi imperatores cenſores erāt Decius cuius vita ſanctiſſimis inſtitutis nunquā aduerſata cupiens nihil agere niſi quātum ſenatus iuberet: cenſuram ampliſſimo ordini permiſit: huius imperatoris vita quæ & ciuilis & militaris fuit multos habuiſſet laudatores: ſi ab chriſtianorum cruciatibus ſe temperaſſet. Nam ius quintæ relationis & proconſulare imperiū: vnde Auguſti omnes pro cōſulibus nec nō & ius Trib. pot. quod Auguſtus primus ſibi ꝑpetuo vindicauerat arbitrio: S. P. Q. R. permiſit: patris patriæ cognomē adcæpit. Sed priuſq̄ ad vrbē rediret ciuiles in Gallia motus ſedauit parū ī vrbe cōmoratus cogente ſenatu filiū ſuū Deciū Cæſarē fecit. Patribus rem. p. comēdauit: & vna cū filio ad libarādas Thracias ꝓfectus eſt. Nā Scythæ & Naualibus & terreſtribus copijs omīa infeſtabāt: Victor in primis congreſſibus hoſtes in anguſtias locoꝝ quæ in Dardaniis ſūt compulit: & obſedit: expugnaſſetq; fame: ni ꝓditus ab ſuis fuiſſet: Hoſtiū dux per legatos petiit vti relicta omni præda ſineret cū ſuis abire trās Iſtrum: Romanus īꝑator negauit auidus illos perdendi q totiēs fractis federibus īruperant: & qui ꝓuincias Romani imperii quieſcere nō ſinerent: & ſua ſtrage vix domiti amiſſo rege Deciabalo Neruæ Traiano illuſerit Iāq; fere voti Cōpos Trebonianū Gallū ducē limitis Myſiæ ad obſidendos aditus ne fugerēt: cū bona parte co

piaꝝ miſit. Gallus conſiliũ barbaris pate fecit: & eos mõuit vt ſe diuiderẽt: & alii cõſiſterẽt ĩ iſidiis ꝓpe pa ludẽ: alii ĩ primo cõgreſſu fugã ſimularẽt paludẽ ver ſus: Barbari nõ nihil addẽtes cõſilio Galli rẽ peragũt Cũ in pugnã deſcẽderẽt admiratus eſt Decius quod qui modo percuſſi metu erant iã arma poſcerẽt: ignaruſq; proditiõis: certus victoriæ copias educit. illi ſta tim terga dant: imperator inſequitur: cũ vẽtũ eſt ad ĩ ſidias atrociſſima fit pugna: Vtriq; magnæ cædes De ciani difficillime præliabãtur: luto paluſtri adferẽte cladem: tamẽ non moriuntur inulti: & loco & fato ad uerſãtibus pereunt. Decius pater cũ filio occubuere. Senior forte equo ſedens: ne viuus aut contra in ma nus hoſtium peruẽiret inſiliit in voraginem paludis. Nam queſitum eius cadauer nuſq̃ repertum eſt. Re gnauerũt biennio nõ dum finito: Hic fuit Deciorum finis: qui: vt credibile eſt: ſe ꝓ futura victoria deuoue runt. Ita enim Decioꝝ nomen facere cõſueuit. Decii mares duo prioribus ſeculis: alter bello Etruſco: alter bello Latino: cõſtanti animo inter confertiſſimos ho ſtes ꝓ victoria patriæ ſe deuouẽtes occubuere. Hũc deuouendi morẽ primus creditur ĩtroduxiſſe Linus Codri. F. qui ꝓ pſia bello Dorico ſe deuouit. Hic mi letum Coloniã Atheniẽſium deduxit in Ionia Qui dam ſcribit Decium cupientẽ Philopopoli ferre opẽ cito petiiſſe Berceam & inde fugatũ ab Echina rege

Gothorũ: reparatiſq; in Mæſia viribus rediſſe ad hoſtes: qui Philipopolim cæperãt: & Priſcũ ducem ſibi cõciliauerãt. In ipſo cõgreſſu ictum ſagitta Decium filium deceſſiſſe: & patrem: vel vt cædem filii vlciſceretur: vel vt morte ſua finẽ dolori inueniret: in conſertiſſimos ſe immiſiſſe hoſtes: & nuſq̃ adparuiſſe & diis ante cõgreſſum imolaſſe: ad Abrittum Mœſiæ vrbẽ Inde factũ loco nomẽ: Ara Decii adpellatur. Decius pater bonitate Traiano adequatus: nomẽq; optimi prĩcipis iudicio ſenatus meruit: adpellatuſq; ẽ. IMP CAES. M. Q. TRAIANVS DECIVS AVGV Exercituũ Illuricianũ mire dilexit: quia ab eo primũ impatoris nomẽ adcæpit. Senatus Decii nomie Decianas Thermas in Auentino ædificauit.

## GALLVS.

IMP. CAE. C. Vib. Trebonianus Gallus Aug. prĩciorũ familia ortus in quo plus fortunæ q̃ fidei fuit. Quãuis: cum Auguſtus eſſet: in nummiſmatibus exprimi iuſſerit Virtus auguſtorum de ſe ac filio quaſi virtute non dolo principatum adſecutus: in tanta noſtrorum ſtrage legio quæ integra Scytharum fide remanſerat Gallum imperatorẽ fecit: qui ſuperfuerant ad hunc cõfugerunt: velut ſeruatorem reliquiarum Ro. exercitus: quo tumore adductus ſenatus Auguſtum adpellauit. Licet & ipſe ſcripſerit: cũ Sythis fædus pcuſſit nõ ſine Romani nominis ignominia Tũc

primum diuturno & libero potẽtatu populo Ro. tri buta pependit: Tũc primum res. p. iugum Scythicæ ſeruitutis adcæpit: tãtaq; ẽ imperãdi auiditas: vt qui præeſſe cupit: & ad id faſtigium legi: vrbes & prouin cias ſine diſcrimine donet. Hadrianus ab aliis occupa tas reſtituit: quod pricipis liberalitate videri actum poteſt. Sed q tributo pẽdendo obnoxiã fecerit vrbẽ præter Gallum: fuit nemo. Tributũ fuit dragmatũ aureatũ. CC. Secus euenit q̃ ſperabat impator. Bar barus cum vincit inſolẽtior eſt. Itaq; cõtemplatus di uitias. Ro. imperii: q & ſua fide ille imperaret: ac per hoc tributum pro meritis non eſſet: icurſiones facere prædas abigere: ingẽtiq; agmine terra mariq; ſæpius irrumpere: depopulatur Dardaniã: Thraciã: Theſſa liam: Macedoniãq;: & Hellada: & pars ĩfeſtabat Aſiã Vndiq; cum pluriũ vrbiũ vaſtatione & excidio. Scy tharum exmplo alii hoſtes ſurgunt: armaq; capiunt: iam in viſcera Syriæ penetrãt Parthi: & Armenias fu gato rege Tyridate occupant: cuius liberi hoſtibus ſe dederũt. Scythæ magna honuſti præda i Dardanios velut regni ſedem redeunt. Interea Gallus cũ Romã veniſſet. C. Vib. Voluſianũ filiũ Conſortẽ imperii fecit: Scythæ rurſus nõ cõtenti pretio iam Italiæ mi nabantur. Sic Barbaricæ gentis animus nr̃is opibus inhiabat. Itaq; opa Aemiliani ducis limitis Myſiæ ra paciſſimi hoſtes: nõ ſine magna cæde: i ſuas ſolitudi

nova Romanos subterbuntur

nes redire coacti ſunt. Ita imperiũ Galli infauſtũ atq̧ ĩfœlix rer̨ geſtar̨ monimentis obſcurum. Ver̨ clade generis humani memoriæ traditũ eſt. Siquidem eo ĩperante pernitioſa peſtis vndiq̧ viguit. Tabes initiũ fuit ab Ethiopia ſorte ex nimio ſolis ardore. Peſtilitas primo cõſumptis fere meridianis ꝑ oriẽtẽ diuagata ẽ Inde cæteras orbis partes inuaſit. Vbiq̧ maximã partem incolentium exauſit. Pleraq̧ loca inhabitata reliquit. Ea labes vix intra decem annos finẽ inuenit. Prouenisse ex fœlicibus Galli auſpiciis viſa eſt vt qui ꝑditione imperiũ adripuit: chriſtiani etiam dogmatis hoſtis qui cum copias contra Aemilianum duceret: Victus: & ab ſuis militibus deſertus: vna cũ filio cæſus eſt Imperauit An. ii.

## IMP. CAES. AIMILINVS AVG.

AIMILIANVS Libicus nãq̧ in Mauritania ortus a pueritia cæpit ſtipẽdia mereri: & cũ pro ætate honores promotionis nõ deeſſent: dux limiti Sarmatico in Mœſia a Decio prepoſitus & a Gallo minime ſubmotus: cũ Scythe ſolertiſſimũ latrocinãdi genus cõtenti pretio nõ eſſẽt: Aimilianus pro cõciõe ſuis militibus id pollicitus eſt. ſi hoſtes viciſſẽt. Noſtri premio adcẽſi cõferãdas cũ barbaris manus ĩcitatiores facti: cũq̧ nimius ardor inſiſteret aꝑtis caſtror̨ portis auidũ pugnãdi militẽ educit: q̨ tanto ĩpetu in hoſtes illatus eſt vt nõ fugauerit mõ: ſed bona ex parte cœciderit: illo-

rũq; regiones abactis prædis pene exhauſerit. Reuer
ſus in Myſiã premia adſecutus eſt. Aimilianus perſol
uit q hoc ſucceſſu adeo gratus Victori exercitui fuit
vt ab eo ſit impator adpellatus: ad hos motus oppri
mendos Gallus vna cũ filio proficiſcitur: nec ꝓfecit.
Ambo in primis prælíis cæſi ſunt: & milites Aimilia
no hæſerũt. Qui ſtatim ad ſenatũ ſcripſit docens ſe im
peratorẽ lectum eſſe: promittens ſe liberaturũ Thra
cias & Meſopotamiã: & Armenias recupaturũ: & de
pulſurũ vndiq; hoſtes nominis Romani. Sed priuſq̃
opus aggrederetur: Milites: q ĩ alpibus erãt: Valeria
num imperatorẽ faciũt: quo nunctio adcæpto: q ſub
Aimiliano erãt: ne ciuili bello: & cognatoꝝ ſanguine
ſe inuicẽ inficerent. Contemplantes præterea humili
tatem generis Aimiliani: & nobilitatem Valeriani: ſi=
mul & laudatiſſimos mores: eo ĩterfecto: Cẽſorio vi=
ro ſe tradiderũt. Imperauit aũt mẽſibus tribus Vixit
An. xl. Ita res ſolo ducis capite peracta eſt:

## VALERIANVS.

P. COR. LICINIVS VALERIANVS Succeſ=
ſit hõ maioris ſpei ac opinionis quã fortunæ. Captus
ab Sapore rege Perſarum ĩ captiuitate cõſenuit. In=
terea eius frater Licinius Galiẽus ab ĩitio Cæſar mox
Auguſtus ꝑclara geſſit: deĩde ad delitias lapſus: dũ
popine ſtudet imperium dilacerare non curat: & niſi
in Galiis occidentẽ. A. Poſtumius: & orientem in Sy

ria Odenatus Palmirenus defendiſſent imperiū Ro. ſudore ac vigiliis fortuna & virtute fauentibus adquiſitum: Germani: Perſæ Scythæq; & ſurgētes vbiq; hoſtes perdidiſſent. Verū & Tyranni .xxx. ſibi bona ex parte occupauere. Porro Galienū cū fratre Valeriano milites Aureoli qui dux erat Illuriciani exercitus prope Mediolanum interfecerunt.

## CLAVDIVS.

M. AVRELIVS CLAVDIVS deide ſuſcepit imperium: vir ad barbaros delendos natus: quos ſtatim multis i locis & vicit fudit atq; cæcidit: præliis ac re℞ penuria Sarmatas Getas Scythas Quados cōſūpſit Daciam recuperauit: Victor Sirmiū Pānoniæ petiit vbi in egritudinem incidit: & priuſq̄ decederet: cōuocatis ducibus: Tribunis: & præfectis: cōcionatus eſt: præſertim de eligēdo Imp. & longa. oratiōis ſerie Aurelianum ꝓbauit. Senatus nunctiata Claudij morte eius fratrem Aur. Q ninctilium Italici præſidii ducē Cæſarē Aug. adpellauit. Exercitus īterea Aurelianū imperatorē legit. Poſtq̄ nunctium ad vrbem ꝓuenit illius conatibus ſe imperatorē cum videret: maleq; expertus concione militū voluntatem: qui omnes fauebāt partibus Aureliani: venas ſoluit: & poſt paulo deceſſit. xvii. imperii die: Aurelianus ſolus imperat: qui imperiū multiplici Tyrānide liberauit: & eius terminos auxit: rebus geſtis magnis principibus nō modo

æquandus. Verũ etiam ante ferendus: interfectus medio itinere: quod ducit ab Heracleo bizantiũ: nõ lõge ab Zenophoro miniſtri a libellis manu.

## TACITVS

P. ANNIVS TACITVS Poſt hũc imperat Vir Egregius & rei. p. Cõmodo ſine exercitu ab Senatu imperator & Auguſtus adpellatus. Tũc primũ res. p velut longo poſt liminio reducta ſuo iure ac iudicio vſa eſt. vtinã nec militaris furor aut nimia erga nutrices cura bonos mores perdidiſſent: Nã quãdiu ſua grauitate Senatus decernit: tã diu res. p. viribus ſuis conſiſtit. Quæ tunc renaſcẽs Tacitum ſui corporis legit: & militibus principem dedit: non adcæpit ab legionibus: aut a prætorianis iugum: ſed inuidit tãto facinori cælũ: Dũ fama tanti principis ad ſuos limites producitur fata ſuceſſorem dedere. Is fuit.

## PROBVS

M. AVRELIVS PROBVS Vir gloria rerum geſtarũ illuſtris: nec potuit obeſſe. M. Annius Florianus Taciti frater: qui cum ſuo iudicio ad tantũ velut erediũ properaret: imperiũ & iuaſis & adripuit. Itaq; cum vix duobus menſibus præfuiſſet Tarſia militibus occiſus eſt. Probus igitur vere Probus. Ita ſe & in toga & in militia geſſit: vt res ipſa nomen ſequeretur: Sarmatas contulit: Tyramnos extinxit: orbem pacauit: Iudicia bonorum de ſe admirabili virtute confir:

mauit: pace terra mariq; parta dicere ſolebat milites minime neceſſarios fore cum deſunt hoſtes: que vox plurimum obfuit in Sermienſi agro natali ſolo dum moram trahit tumultu militari occiſus ē: imperauit An. vi. Menſis. iiii.

## CARVS

M. AVRELIVS CARVS Narbone genitus mo=lem ſubiit: Exercitus Imperatorem adpellauit. Is cū Probi adparatu in Perſas profectus Meſopotamia recepta Crheſiphontē peruenit: & niſi fulmine ictus cōcidiſſet regnum Perſicum ſubuertiſſet: traditæq; ſūt rerum habenæ eius filio.

## NVMERIANVS

NVMERIANO Cui Mars in armis familiare nu=men præbuit Minerua peculiarius adfuit: & cytha=rā præbuit Apollo: Miles orator ſimul & poeta: ocu=lis eger: forte aer & vigile in bello Perſico nocuerant: occluſa lectica ferebatur. Erat in caſtris Arrius Aper: cuius filia nupſerat Numeriano. Huis igitur cupien=tis inuadere Imperiū factione Modeſtus & frugi iu=uenis occiſus eſt: Nec eius mors in vlta concionantem Aprum Diocletianus confodit. Imperium

## CARINVS

CARINO Morāti i Galiis vbi erat a patre relictus obuenit. Hic primū florem pueritiæ quem fruēdū dederat: Cum adoleuiſſet ab adolecentibus repetiit.

Pater ſi vixiſſet abrogare ſepius cogitauit filio cæſaris nomē & cōferre Cōſtantio viro claro ſed hoc fata Herculio ſeruatū ſtatuerāt: Carinus diu pēſſe nō potuit: Pio ꝑ ſanguine madefactus totius vbiq; iuuētutis corruptor. Victor tamen exercitus in Perſide.

DIOCLETIANVM. Imperatorē legerat q̄ Carinum multis præliis vicit. Non defuit Carino Vigor occupandi orbem multūq; progreſſus fuiſſet ſi nō incidiſſet in Diocletianum. Cum exercitu recenti victoria ferocem. occubuit Carinus vltimo prælio ad Margū Commiſſo: a militibus fortiſſimis quos habebat deſertus: Percurri geſta. xi. imperatorū ne iterrupta temporū ſeries admirationem legētibus faceret: Ad deſtinatum opus redeo profeſſus initio me ſcripturū de hiis imperatoribus quorum geſta magna ex parte fere interierant.

Explicit Liber Primus.

Romane hiſtorie Liber ſecundus incipit

## C. AVRELIVS VALERIVS DIOCLETIA.

SOLONIS dalmatiæ ortus vtroq; parente ignobili & obſcuro. Quidā ſcribūt Libertino anulli Senatoris genitum Quidam ſcribæ filium militare a pueritia cæpit. Cumq; Gregarius miles i Gal

lia eſſet: Diuerſorio cuiuſdam Driadis vtebatur: ab qua cibaria emebat: debebatq́ plurimũ Vetulæ: Cũ illa pretiũ poſceret: dicere ſolebat: ſoluam cum imperator fuero: At illa ſubiunxit. eris imperator cũ Aprum interficies: hac voce augurium futuræ felicitatis adcepit: ēt ſtudebat Venatũ ire: ſepius contra Apros congrediens plurimos interfecit: Tandem cũ Arriũ Aprum ſua manu cõfodiſſet: & impator ob id factus eſſet: ītellexit vocē Driadis haud vanã fuiſſe. Profligato & Cæſo Carino Auguſtus adpellatus: & ab. S. P. Q. R. magno honore excæptus eſt: In quibuſdam imperii regionibus facti ſunt motus: & Tiranni non deerant. Diocletianus animauertens Cõſorte imperii opus eſſe vt citius pacem vbiq́ redderet. Maximianũ legit: tantaq́ fuit in gubernãda. re. p. īter pricipes Concordia: vt alter alteri: quãuis ſemper honeſta cupiebant. nũq̃ repugnauerit: Verũ Maximianus vt filius patri Diocletiano obtēperabat. Feliciſſima Cognomina ſibi indidere. Diocletianus Iouius: Maximianus Herculius adpellati ſunt Velut ille Iouis: hic Herculius heres. Iuppiter Gigãtes vt cæli regiã defenderet ꝑdidit. Diocletianus vt orbi terraꝝ regiã tueretur Tyramnos ſurgentes: vt Centimanos: diligenti cura perdidit ac deleuit: & vt Iuppiter turbata pacauit elementa: Sic Diocletianus domitis ac cæſis ſeditioſis hominibus imperiũ turbatum Tranquil-

lum reddidit. Iuppiter ab ſua arce vndiq; ſuum numen diffundit. Diocletianus quanuis vno eſſet in loco ſua ꝓuidentia pſens vbiq; eſſe videbatur: Hercules Alexichachos: a noſtris cuſtos generis humani cognominatus. Vrbis oppida agros regiones ſiluas horrendis & pernitioſis mōſtris & aerem infeſtis a litibus liberauit: ſimul & genus humanum tutatus eſt: Maximianus poſt ſalubre temperamentum virtutis & Imperii adcertor: nunquam niſi reddita toti orbi ſecuritate quieuit Conatus contra rem publicam diſpulit. Hercules qui magna geſſit materiam præbuit: Camenis concinendis: harumq; comes habitus eſt. Vnde Muſagetes adpellatus: Maximianus laborum Herculis emulus niuoſas alpis maiore conatu tutior calcauit: Latrones plurimos toto Imperio exegit: ſuperiora ſecula geſtis adæquauit: peſtilentem aerem inperpetuam ſalubritatem reſtituit: immiſſis in perpetuas foueas paludibus materiam canēdi poetis exhibuit. Hercules Iouis Filius. Maximianus Diocletiani. Veram igitur cognominis adoptionem duo Cæſares augusti meruere. Inter quos quidam clarior ac præcipuus amor vſq; ad ſapientiæ finem perdurauit Eam ſic adpello cum imperiū depoſuere: Ita cognomīe pr̄is ac filii vnanimes nichil orbi pacādo p̄termiſere Maximianus tumultus ī Galliis quos Amādrus & Elianus excitauerant ſub ſpecie Tyrānidis cū

tota factiõe bugaridarũ: hoc noīe ſe adpellauit. Turba ruſticorũ cõpſſit mira celeritate: ſtatiqꝫ deleuit Ita pax Galliis reſtituta eſt. Inde trãſlatus ĩ Aphricã gẽtianos deuicit: qui vix pacẽ impetrauit. Quinquagenarii & ſupra eum numerũ annorũ: hi milites fuere: q̃ Aphricã diripiebant: cupientes ſibi regnũ vindicare: pululãtibus ꝑ varia loca nouis bellis cõcordes augg. duos adoptauere Diocletianus Galeriũ Maximi Maximianus Conſtantiũ cognomine Cloron. Cæſareſqꝫ fecerunt: & præter adoptionẽ adfinitate iunxerunt. Nã coacti repudiare primas vxores: nouas duxerũt. ille Valeriã Diocletiani. F. Hic Theodorã priuignã Maximiani. Erat ĩ Gallia Herculius: Iouius vero in Aegypto: ille Gallicas vt diximus: hic euerſis duabus vrbibus ſuꝑato Achilleo pacauerat Aegyptũ vrbes prope veteres Thebas poſitæ erãt dites ac populoſe Buſiris & Copos: ſpẽ rebellionis augebat Achilleus cuius cõſilio fere tota diſſenſerat Aegyptus: tandẽ cæſis vbiqꝫ auctoribus defectiõis intra nouẽ mẽſes quieuit prouincia Seminariũ telligonum in qua Archiſinagogi plurimũ auctoritatis habebãt. Alexãdrea vero obſeſſa & .viii. mẽſe capta ẽ: Impator cõtentus optimatũ cæde abſtinuit a multitudine: Achilleus vero meritas luit pænas: feris oppoſitus & dilaniatus. Terra vero vbiqꝫ cædibus potentũ maduit. fruſtra cõtra Crauſſium Britanniã inſulam occupãtem arma cæ-

[illegible] per duces [illegible] [illegible]
[illegible] per [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] poſt [illegible]
[illegible]
[illegible] Primus Romanorum C. Cæſar [illegible]
[illegible] Veſpaſiani tempore Claudius [illegible]
[illegible] Romanorum [illegible]
[illegible] Cæſar [illegible]
[illegible] partes in Gallia [illegible]
[illegible]
[illegible] Cæſar [illegible]
[illegible]
[illegible] poſtea hoſti[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Commentariis
[illegible] Alexandri [illegible]
[illegible]

pimus per duces Maximiani qui ãno.vii. ab ſocio ꝑ inſidias petitus occiſuſqꝫ eſt:& is Tyrãnidem ſumpſit Qui tertio poſt ãno ab Aſclepiodoro præfecto pr̃.vi ctus eſt.Brittãniæ.x.poſt anno q̃ defecerant recæptæ ſunt.Brittãniam circũfluam oceano aborigines tenu ere:nomen indiderunt Brittãni cõtenentis:qui ſũt in tra Gallos & Hiſpanos:vocati poſt Brittones: & hii accolæ oceani ĩſula potiti.Eo deĩde cõceſſere Hiſpãi Galli:& Germani.Primus Romanoꝝ.C.Cæſar ĩſu=lam oſtendit:Veſpaſianus ĩperãte Claudio captis re gibus domuit:Huc cũ frequentes irent Romani pau latim noſtros inbibit mores.Cõſtantius vero multa præclara gerẽs in Galiis ſemel cum eſſet apud Lingo nas populos eodẽ die varietatẽ fortunæ expertus eſt Alamanni magno impetu inrumpũt Conſtantiũ in fugam verterunt:Is ad propinpuã vrbẽ feſſus ſe cõ=tulit.Cuius portæ hoſtili metu occultæ fuerãt:& ni=ſi demiſſo fune ꝑ muros ſublatus fuiſſet eũ hoſtes ca=ptiuũ abduxiſſent. In vrbe hortatus eſt robur ſuoꝝ qui eo ante cõfugerãt:ne talem ignominiã paterẽtur Poſt concionatus eſt ciuibus vt arma caperẽt & dede cori abolendo auxilium præſtarent.Ita apertis por=tis erumpunt:hoſtes fugant:& prope.lx.milia cedũt Ea victoria liberatæ Galliæ adtritæ Germaniæ:ſuas vires omiſere:quas reparate niſi non ſũt Alamãni.At in Egypto erat Diocletianus:vt res turbatas in oriẽte

ſedaret. Marſes.n.modo Armenias modo Meſopota
miã acri bello quatiebat:& cũ eo couenerant propin=
qui reges:ac duces præcipui. Rex Scionitarum:& rex
Albanoꝝ:priuſq̃ bellum cõtra Perſas explicemus:nõ
alienum forte erit acerrimi progeniem hoſtis aperire
Regnaũ in Perſide Artaxaries quidã ex genere illius:
qui per ſeditionem a militibus regnũ adcæpit:Perſis
præfuit. Huius filius fuit Sapores Saporis Hormiſ=
das Hormiſde. Vararanes Huius vero Vararaces:Va
raracis Vararanes ſecũdus qui Narſen filiũ regni ſuc=
ceſſorem reliquit. Contra hũc ab Diocletiano miſſus
eſt:Galerius:&.n.ipſe expeditionẽ parare cupiebat ĩ
ethiopas:Si res in oriente proſpere ſuccederent. Gale
rius iuuenili ardore auſus eſt conrra multitudinẽ con
gredi:& æquo marte diſceſſit:Inde factus animoſior
nõ lõge a carris iterũ congreſſus:paulo incõſultius q̃
antea:dũ ſperat vincere ſupatur:amiſſo fere toto exer
citu:itaqꝫ repulſus redit in Syriam:& inde ad Diocle
tianum:occurritqꝫ Auguſto ĩ itinere:ad quẽ antea ad=
uerſi belli fama venerat Galerius purpura ĩdutus Nã
Cæſar erat mille paſſus ãte Carpẽtũ ĩdignati pricipis
pedes cucurrit:veluti hõ Gregarius:& auditus nonẽ
Tandẽ priceps poſt minas iuſſit vti ex lectiſſimo ſup
plemẽto excercitũ reficeret:& in Perſida redire igno=
miniãqꝫ aboleret Is ex militibus Daciæ Illuriæ ac My
ſiæ pugnaciſſimas copias & rebuſtiſſimas coegit & cõ

tra Perſas meliore auſpicio profectus hoſtē inuenit In Armenia maiore: qui ex recēti victoria ſumptis vi tibus Prouīcias imperii Ro. ſecundo marte vexabat. Maximinus vero iratū principē placare ſtudēs abolē dæq; ignominiæ adcēſus: priuſq̄ manus cōfereret: ho ſtiū ſtationes ipſe habitu gregari diligētiſſime explo= rauit: Interea Diocletianus cū firmiſſimo ſubdio Me ſopotamiā cōceſſerat. Vt noſtris animū & hoſti terro rē præberet Ibiq; Cercuſiū oppidū ſpatio āpliauit: me nibus & turribus īexpunabilibus muniuit. Galerius cū. xx. milibus equitū ex īprouiſſo hoſtilia caſtra no= ctu adgreſſus īnumerabiliū Perſarū ſtrage: decus no ſtrum non modo vltus eſt: ſed felici vſus victoria: fi= nes imperii longius ꝑduxit. Vetus oraculū falſū eſſe oſtendit. antiquiſſimi Vates cecinerāt. Romana arma Ctheſiphontē trāſire nefas eſſe: & duces qui auſi fuiſ= ſent pænas darēt: Putant. M. Craſſum id cogitātē cū exercitu periſſe. M. Vlpiū Traianū tranſgredi auſum Italiā nō repetiiſſe: & q̄nq; ꝓuincias trās Tygrim ſta tim amiſiſſe: ſatiuſq; fuiſſet iter nō tentaſſe: legiōes lō= go labore adtriuit. & fere cōſūpſit: & q̄uis Victor lon gius produxerit terminos tamē nō multū profecit ne ſcio an ſic voluentibus fatis: an culpa ſucceſſoris Ha= driani. Ctheſiphontē cupiens trāſire ſuperato Tigri= de Valerianus ab Sapore rege Perſarū captus ē. Verū Odenatus Palmirenus victor romanæ maieſtatis Cthe

ſiphontē vſq; trans Tygrim peruenit. Carus Imperator exercitū Probi Sarmatico bello late victorē duxit in Perſida: hoſtile regnū vaſtauit. Seleuciam cinctam Euphrate quā oli̅ cæperat Helius Verus Antoninus expugnauit. Deinde Ctheſiphontē & lōgius ꝓgredi volētem vel morbus vel ictus fulmine cælo turbido & corruſcāte abſūpſit. Galerius de quo nūc ſermo eſt tota Aſſyria expugnata Ctheſiphōte cæpit: & quiq; ꝓuincias Tranſtygritanas: quæ ſtati̅ redeūte ad nos Traiano defecerāt: ſubegit: & imꝑio adiūxit. Victor rediit ad Diocletianū: & poſt i̅ꝑauit Auguſtus: illud ſane conſtat numinū oracula bona ex parte vana: & fidem raro implere: & ſi quādo euenerit vix intelligi & ſæpius eludere credētes: adeoq; præſtat rōibus & experimentis atq; conſulto res adgredi: & ſi i̅ rebus bellicis forma plurimū ſibi vindicat. Tamē credibile eſt etiā virtute augeri atq; ampliari: vti ꝓpagando Ro. impetrio facile animaduertere licet. Nā ſi de rebus futuris certa ſtarent Vaticinia. Virtus pro nihilo eſſet: Non eo inficias celitus noſtra gubernari. Verū ſapiēs non vano cōſilio multa aduerſa effugere poteſt: incōſultum & inſipientem proſperi ſucceſſus prætereunt illos vero non audito: vt in vita Maxentii poſt dicemus: qui ad magarum monitus ac diuinationes res omnes componunt: ꝑter hoc quod diuulgatum iam erat aliud occurit Auguriū: Aciem explicanti contra

Narſen: Maximino Leo & Aper trucidati oblati ſūt
Tages aruſpicū princeps viſum Leonē exitialem pu
gnaturis putat: Verum & hæc vt oracula ſæpius vane
ſcūt. ī Maximiui victoria fugatus & vulneratus Nar
ſes: quē victores vſq; ad inuios parthiæ mōtis ꝑſecuti
ſunt: regis proles fere oēs & vxores & ſorores captæ
ſūt: pleraq; Perſaꝝ nobilitas abducta: Reguli duceſq;
& triūpho tam inluſtri reſeruata: & q̄uis per legatos
ab rege conualeſcente petita: ꝓmiſſa tamē: ſed nō ſta-
tim reſtituta. Ictū vero eſt fædus vt Perſæ ab Arme-
niis Mæſopotamia Aſſyria & quinq; nouis prouīciis
abſtinerēt. Diocletianus rebus toto oriēte cōpoſitis:
Europam repetiit: vbi iam Scythæ Sarmatæ Halani
& baſtarnæ iugum ſubiuerant vna cū Carpis Cattis
& Quadis. Admonendi ſunt qui legerint pro Maxi-
mino in quibuſdā Codicibus Maximianū eſſe: & hoc
q̄ e marmoribus epigrāmata exſcripſere ſatis indicāt
ſcilicet ſimul imperaſſe Maxmianū & Conſtantium
& deinde Maximinū & Seuerū: error q; eſt: aut ab li-
brariis: aut ab hiis q̄ ex lapidibus accæpere Nos vero
cōfuſi decernere non audemus: Aera lapideſq; indica
būt ſed in eo ſummoꝑe heremus: quod priori Maxi-
miano ꝓponitur Herculius: poſteriori Galerius: dū
q; icerta aura ferimur: ſit hic Cōſtantii Cōlega Maxi
mianus: Anno poſt q̄ hæc ſcripſeramus Seraphinus
antiſtes ſācti Petri a viculis: & Vilelmius Heda Alfi-

nius comertio litterarum mihi valde familiares & anti
quorum monimētorū diligentiſſimi indagatores cū
vrbem Ro. repeterēt ſecum attulere epigrāma i agro
foroſempronienſi ex ſaxo quadrato exſcriptū. Aeter
ni imperatores Diocletianus & Maximianus Augu
ſti: Perpetui Cæſares Cōſtantius & Maximianus pō
tē Matauro. Romæ ī templo veſte nuper reperto ad
forū Ro. in. quadā marmorea baſi: Dedicata. xiiii. Kal.
Ian. Cōnſtātio. iii. Et Maximiano. iii. Cæſſ. Coſſ. Cu
rante. Aur. Niceta. alias plures. Quoniā hac via mul
tū profecimus ſtudioſis cōſulendū arbitramur vti p̄
non / Scalstincae / i. non desistant quirēdo hiis veſtigiis inſitāt. Quod ſi fecerit ſciāt ve
lim & ſe nr̄e linguæ plurimum conlaturos & laboris
gloriā cōſecuturos. Ex barbaris multi ad ducti capti
ui qui nō fuere ſecuri cæſi: ſed poſt triumphum in Ro
mani imperii finibus poſiti: vt vna cum veteribus in
colis habitarēt. Rgiones enim adſiduis īcurſionibus
vaſtatæ fere in ſolitudinē ierant. Rediere ex diuerſis
partibus orbis ad vrbē pīcipes ſeniores: quoꝝ auſpi
ciis limites imperii Romāi lōgius ꝓducti atq; ꝓlati.

## MAGNITVDO IMPERII ROMANI.

Ab ortu vſq; ad Indos propagati īperii fines: nō Eu
phrates: nō Tygris vetūere. non ſuperbæ regū Per
ſarum minæ A meridie Aethiopes per legatos adcer
ſere: ab Aquilone barbaræ feræq; natiōes Sarmatarū
domitæ: ab occaſu Genſoriacus oceanus admirabilis

victoriæ teſtis eſt ſimul & Brittãnicus. Igitur toto ter rorem orbe vndiq́ꝫ Romana arma inluſtres victorias adſecuta ſociis letitiã præbuere: rebellibus mætũ ter-roremq́ꝫ pugnare cupiẽtibus: porro Perſæ armis Ro. cedere cõfeſſi ĩtra poſitos terminos ſe tenuerit Poſt tot victorias maximus triũphus ab Senatu decretus & ĩ clyta cognomina principibus indita ab deuictis popu lis. Diocletianus vero Romanoꝝ prĩcipum victorio ſiſſimus diuinos honores Impatoribus auguſtis ha-bẽdos præcæpit. Nã cũ priores vt cõſules ſalutarẽtur primus ipſe voluit adorari: velut ĩ eo eſſet celeſtis ma ieſtas. Perſarum iſte mos: quorũ prĩceps Rex regum adpellatur & adoratur: fratrem ſolis ac lune ſe nuncu-pans: imperatores antea manus exoſculãdas nobili-bus præbebãt. Poſt ſuis manibus ſubleuabãt ad oris oſculũ: Vulgus Genua exoſculabatur: Diocletianus edicto ſãxit vti oẽs ſine generis diſcrimine ꝓſtrati pe-des exoſcularẽtur: quibus etiã veneratione quãdã ad hibuit exornãs calciamenta auro gẽmis & margaritis quod feciſſe ante. C. Caliculã memorant: eũdẽ ornatũ immiſcuit veſtibus vt auguſtior eſſet: & cũ contentus eſſe debuiſſet quibus priores fuiſſent inſignibus quæ Priſcus Tarquinius adcæpta ab Etruſcis ĩduxit: rep-perit ex ipſo habitu vti deus haberetur: maioreq́ꝫ ſũ-ptu vanam Arſacis gloriã ſuperaret. Itaq́ꝫ veſte gem mata & aureo gemmatoq́ꝫ curru cũ imperii conſorte

triumphauit:ingenti ferculo & pompa:ante precinē-
tibus & ſaltantibus lætitia militibus:quibus libertas
erat ſcōmata in ipſos effundere triūphantes: ipſa qui
dem fercula primus oſtēdit Romulus q ramū quer-
num manu cæpit:in quo cæli Acronis regis Ceninen
ſium opima Ioui Feretrio i Capitoliū tulit: Ferculis
apud veteres ferebātur ſpolia cæſo & hoſtiū ſāguinolē
ta:poſtq̄ arma Romana lōgius ꝓuecta vicere fabrica
ta fuere cū ſignis & monimentis victoriæ:quæ poſſet
manibus militū ferri:inferebantur fere omēs triūphi
uia Appia:porta Capena. Ea.n.via ampla & viii.mil.
paſ. ab vrbe frequēs ex vtroq; latere habitata:& inde
in Capitoliū rectū & amplū iter. In quo lignei primū
cōtinuiq; arcus:poſt marmorei colūnis ſuffulti. Vn-
de multitudo ſatis cōmode triūphū ſpectare poſſet.
Cuius ordo non ſemꝑ idem:verū qui cum fuerit talē
adcæpimus qualē Diocletianus cū conſorte habuiſſe
memoratur. Templa deorū īmortaliū tota vrbe pa-
tebant ornata ſertis ac floribus ſpirantia arabicos odo
res:itinera vbiq; repleta pinguibus mēſis & letis po-
culis:vt feſſi victores ſe recrearent:præferebantur in-
vehiculis tabule:ſigna:Colloſſi:hoſtiū Galeæ: Tora
ces:Ocreæ:Pelte:Scuta:Vexilla:Pharetræ:Tela:ar-
cus:enſes:frena:& Equorū picturata ſtrata:opes: ta-
petes & quæ prætioſa & digna ſpectaculis deuictis ho
ſtibus adlata erant:& modo ex oriente:vt puta Aſſy-

riis:ac Perſis: Tentoria & ex babilonico opere multa Poſt ingens hominū grex qui in vaſis ferebāt aurū ar=gentūq; & purū & ſignatū:ſingula vaſa validi iuuenes humeris ferebāt. Poſt argentei crateres: pelues phia=læ:calices:veſtes:& tota regia ſupellex:& vaſa ex ſoli=dis gēmis:hinc ferculoꝝ multitudo & hos ſequeban=tur Tucines bellicū clāgorē itonātes:deīde boues au ratis cornibus quoꝝ medios victe cingebāt:nec nō & frōtibus victatos ad ſacrificiū ſuccīcti popæ hoc ē mi niſtri agebāt:Sequebātur & alii miniſtri cū argēteis patinia:regia dehīc ꝓles vxoreſq; & nati & ſorores cū pincernis ſeruiſq; ac nutricibus: & pleraq; Perſaꝝ no bilitate patrio more veſtiti oēs ſed pullati: ſpectātiū oculos:& ſi hic īpleuit numerus: Tamē lectiores red=didere tabulæ due:altera ipſā Perſida oſtēdēs ſuppli=citer tollētē manus & exorātē a populo Ro. gētium victore veniam. altera Narſen regem fugientem con=ſpiciendū præbebat:poſt ingens captiuorum turba ſatis mæſta:in qua fuerunt Scytharum & variaꝝ gen=tium duces:qui lacrimas effundebant: præferebātur aureæ corone & munera victori dono data. Propius currum præcedebant homine ſtipitibus ſudibuſq; adcenſis qui turbā ſubmouerent. Poſt triūphantium currus ex auro & lapillis præcioſis quē trahebāt qua=tuor equi candore certantes cum niue. In quo ſelle cu rules duæ ornatæ gemmis:in quibus ſedebant princi

pes terrarum triũphantium : capitibus imminebant. victoriæ altare: Diocletianus vt cæteri antea vna fuit corona ex lauro cõtentus ſimili & conlega. Reges vero Perſaꝝ Thiarã qua vtebantur tribus coronis exornabant currum ſequebantur captiuitate liberati raſo capite & pileati: deinde equites laureati. Illuc etiã lectorem ne fugiat arma victorem fuiſſe in triumpho laureata & qui triumphabat ex lauro coronã cũ peruenisſet in Capitoliũ poſt ſacrificia ponebat in Iouis gremio. Primi triũphi fuere currus: clypei: arma horrida: & ſpolia perfuſa ſanguine. Bello Punico ſecũdo M. Marcellus deuictis Syracuſis oſtendit: opes & ſigna intulit & deorum ſimulacra: in quo reprehẽſus ẽ ab. Q. Fabio Maxi. q. p reliquere debuiſſet deos ſuis iratos: vt ipſe prius fecerat de Tarẽtinis. Veꝝ iualuit cõſuetudo Marcelli. Nã lõge antea capitis vehis. M. Furius Camillus Vehientanã Iunonẽ intulit vrbi:

## DE TRIVMPHO ET OVATIONE.

Operæpretiũ eſt cognoſcere hoc in loco quid ſit triũphus: quid Ouatio: & vnde ſint facte voces: non ſolũ Corographia ſed etiã ĩterpretatione verborũ hiſtoria ornatur. Licet primũ ſimplex fuerit narratio & nuda tamẽ non caruere laudibus q exornauerũt. Triũphũ primus mortaliũ poſt indicam victoriam oſtẽdit bacchus: nomẽq; ab re iditũ eſt: milites eius foliis ficorũ: quæ Drya dñr vultus cooperuerũt: Iambos & Scon-

mata canentes: quæ ſunt licẽtioſe dicta mixta ſalibus ĩ eũ qui triũphat. Poſt vero milites vſi fuere rythmis. Scribunt alii triumphũ dictũ Hechton tryon: hoc eſt tribus velut ordinibus: ſenatorio: populari: & militũ ab quibus celebris eſt triũphus. Cognomẽtũ baccho trumphanti iditum. M. Varro tradidit. Vnde clama bant omnes io Thriã ve bacche Io nos cõuertimus ĩ triumphum: & Romani milites dicebant Io triũphe Io triũphe. Tradunt & Sceuicos priuſq̃ ora fecibus tegerent foliis ficoꝝ vſos fuiſſe. Triũphus vero non idẽ valet qđ ouatio. Domitis multa cæde hoſtibus habebatur triũphus: & boueſ cornibus auratis macta bantur: & bos ipſe qui mactabatur in triũpho Thriã bos etiã dictus. Cum vero hoſtes ſine pugna & ſãgui ne cum ducibus nr̃is cõueniſſent. Quoniã res pacta ſine cæde eſſet ouatio erat. Pedes ingrediebatur vrbẽ qui ſic viciſſet ſine ferculoꝝ põpa: myrto coronatus: vna cum militibus: quia ea arbor dicata Veneri quie ſcere ab armis oſtendit. Tibicines ouantẽ ꝓcedebant quæ paciferæ choreæ inſtrumenta ſunt. In ſacris ma=ctabantur oues: vnde ouationis nomẽ Modo de triũ pho centuriæ decernebant & comitia erant cẽturiata Modo ſenatus. Primus Romanoꝝ qui quadrigis vr bem inuectus eſt fuiſſe Priſcus Tarquinius memora tur. Sunt qui malint. P. Valerium Publicolam. Pria ouatio data eſt. P. Poſtumio Tuberio: q̃ fuit conlega

triumphus

tria bos

ouatio

Menenii Agrippæ Lanati: & huic triũphus datus. Il-
le primũ cõtra Sabinos re male geſta liberatus eſt ab
Agrippa in altero prælio cauſa victoriæ fuit. Ita cũ ã-
bobus honos haberetur ſenatus huius laudis decus
excogitauit: vt nõ ſella curuli: ſed pedes cũ exercitu
exciperetur. Ve℞ ſãguis ĩ ea victoria & noſtro℞ & ho
ſtiũ effuſus eſt. Poſt vero ouationẽ hiis dedere qui cõ
uẽtione viciſſent. In triũpho clãgor tuba℞. In ouatio
ne cõcẽtus tibia℞: ille Martis: hic Veneris eſt. Illud
etiã huic loco addẽdũ tuto: quod Romani ꝓfecturi
ad bellũ Nemiſi ſacrificabãt & munus Gladiatoriũ
edebant: quod nõ ſine ratione factum arbitramur.

## DE NEMESI DEA.

Virgo & victrix Nemeſis numẽ fuit quo q ex maleſa
ctis deliquebant puniebãtur. Vnde victores. Nemeſi
nõ fruſtra inuocabãt. Romani. n. ſemꝑ iuſta mouere
arma. Cæteræ nationes odio & maliuolẽtia liuoreq́;
qđ imperiũ tãtæ vrbis iuſticia augeret tela ĩ populũ
Ro. capiebãt. Memeſis quã pleriq́; exiſtimauere eẽ vi
fortunæ: alii filiã iuſticiæ: alii vi quandã eſſe inter cele
ſtes diſcurrentẽ: prima re℞ ſemina: quæ fato℞ & ſor-
tiũ vires tẽpat atq́; emẽdat: rebus hũanis trutinã ad
hibens: e cæloq́; terrena deſpectans: nocẽtes punit bo
nis præmia largitur: & cũ ſit velociſſima: quia diu nõ
permittit impios præeſſe: atq́; craſſari alata fingitur a
veteribus: & eius pedibus ſupponitur rota: cũ citiſſie

diſcurrat. Sed tādem multitudīe ſceleꝝ īdignata: oculos iam diu ab rebus humanis auertit, & cū genitrice ī remotiore parte cæli: vltra terraꝝ regiones: nō reditura: renaſcentē orbē expectat. Rhānuſia eſt adpellata ab Rhānunte oppido Atticæ regionis: vbi tēplū & ſimulacrū habuit: & ab Adraſto Adraſtia Roma templū huic deæ poſuit in Capitolio: vt īde ſuā urbē poſſet ulciſci. Ludus uero Gladiatoꝝ ut effuſione ſāguīs nō expaueſcerent. Quidā tradūt hac ſpecie pugnaꝝ uelut deuotionem feciſſe pro futura victoria. Triumphauerūt autē uictorioſi & felices Auguſti Anno imperii. xviii. Poſt tantā felicitatem cum haberetur glorioſiſſimus principum Diocletianus: ſecum ſæpe numero contemplans fortunæ mobilitatē: decreuit imperio ſe abdicare: & in priuatā ſecedere uitā: geſtorū Pompei admonitus Veteranus princeps: cū quiſqꝫ de rebus futuris ambiguus ſit: nō expectauit incertæ uiciſſitudinis aleam. Raro enim permanent uſqꝫ ad exitum ſucceſſus: & ſi in primo Auguſto fuiſſe uideātur Tamē & ad cæptæ ī Germania clades: & domiſticæ libidines: homīs felicitatē turbauere: & quod minus fieri debuerat Liuia uxor uenenatas porrexit ficos: ut cūctantē ī ſene animā citius educeret. Scribūt quidā duces poſt triumphū ſolitos ſe ocio dare: & laudibus efferunt. M. Catonem poſtq̄ de Hiſpania triūphauit non quieuiſſe: ſed foro & publicis negociis īcubuiſſe

ꝙ ſi in Diocletiano quis obiceret longe aberraret. Neq̧.n.honor trũiphi neq̧ ætas ĩbellis:ſed metus rerũ humanaꝝ quæ aut rariſſime:aut nunq̃ conſiſtũt:ĩperiũ deponere ſuaſit.Eius etiã conſilio ferũ & aſpeꝝ ingeniũ Maximiani:qui ſolebat in omnibus Cõlegæ non repugnare:adquieuit.Igitur eodẽ die:nã ita conuenerãt:Iouius Nicomediæ:Herculius Mediolani: rẽmonimẽtis Romanoꝝ incognitã:& nepotibus nõ minus dignã memoratu:q̃ admirabilem:peregerũt. In quo Iouii animus verã phĩam eſt imitatus:adfirmans tũc illuxiſſe biem:& habuiſſe vitæ principium Quod magnis moleſtiis eſſet liberatus.Philoſophi adſerũt dominatũ adpetere nõ ẽ ſapiẽtis homĩs:& id cogitaſſe Auguſtũ ſcribunt.Sed vetitum ab amiciſſimis &.M.Aurelius ĩperiũ moleſtias vocabat.Tamẽ ambo ſe excuſant & rem laudabilem an amicis impeditam dicũt.Verum ille ſibi vixiſſe teſtari poteſt:qui priuatus ſiue rerũ publicarũ cura:& ſtudio ocioſo:& rei ruſticæ:feliciſſime indulſit.Stimulis Conlegæ vt ĩperiũ vna repeterent contradixit.diſſeruitq̧ ſe peſte liberatũ nolle amplius venena ĩbibere:ſatis ſe ꝓ rep. elaboraſſe:& tẽpus adpetiiſſe vt ſibi viuat:& vixiſſe nõ poſſe teſtari:niſi poſtq̃ ĩ patria ſua hoc eſt Salonis holera ſeuiſſet.Cum ille res anguſtas ꝓ ea dignitate quæ præceſſerat obiceret.Reſpõdit nõ eſſe turpe homini:qui ſummũ bonum in animo poſuerit:honeſtã

profiteri paupertatẽ :exemploq; veterũ & præſerti .C.Fabrici caſtam opinionẽ cõfirmabat· Vocatus ab Cõſtãtino atq; Licinio excuſauit ꝑ litteras ſenectuti minime licere:cunq; illi egere tuliſſent:reſcripſerũt ſe nõ admittere excuſationẽ:quod fauiſſet Maxẽtio ac Maxiano. Trebellius Pollio meminit Diocletianũ dicere ſolitũ cum in priuata eſſet vita:nihil eſſe diffici lius q̃ bene imperare. Nã quiſq; pro voto de pricipe loquitur: Ad hæc principẽ cubiculo cluſum vera mĩe noſcere:aures ſuis ꝑbere : & hoꝝ verbis adcendi ac ſe dari magiſtratus creare:deniq; ſit qui imperat bonus ſit cautus : ſit optimus omnino venditur ab aulicis:ac decipitur:& iterrogatus quæ eſſet potiſſima in prici= pe dos. Reſpondit liberalitas & clementia: hæc cũ in Aureliano defuiſſet adſerebat ducẽ eſſe debuiſſe non pricipem : aſperitateq; Cõlegæ Imperator ſæpius de teſtatus. In eoq; ſummoꝑe ſtuduit v t liberalitatis & clemẽtiæ cognomẽ adſequeretur. Vnde vt mihi vide tur Iouius adpellatus: Nã qui iuuat largitur ac par= cit. Ius vero ab quo clementia abeſt crucẽ veteres ad= pellauere. vixit Diocletianus An. duo de octogita: i= perauit An.xx. Mãſit priuatus Salõis An.x. Scribũt quidam ſtupore mentis & longa egritudine cõfectũ animã inter ſuſpiria efflaſſe. Quidam hauſto veneno interiiſſe. Quidam decreto ſenatus perfracta gulã oc cubuiſſe. V t ego exiſtimo de Herculio adcipiendũ eẽ

nō de Iouio: Quoniā cū penituiſſet Herculiū adſenſiſſe conlegæ: & inde animū hominis non flexiſſe: contulit ſe ad urbem ſimulans filio ad gubernacula auxilio fore: milites indignati ſūt: quod ea tētaret ſtatimq; ſubiunxit: ſe hoc figmēto voluiſſe experiri an milites Maxentium amarent: vnde tumultū ſuppreſſi. Inde profectus eſt ad Conſtantium generum ſuum ex fauſta quæ in Galliis erat: & clanculū quærebat genero inſidias Res aperta eſt viro per vxorē: quæ patri maritum ꝑtulit. Itaq; iuſſu generi captus Maſſiliæ ſtrāgulatuſq; eſt: hunc finem meruit Maximianus Seuerus Aſper & īmitis. qui vbi cōlegæ obtemperauit priuatū viuendi ſtatū ſequi debuit. Diocletianus: qui ab tāto reꝝ culmine ſeceſſerat: nullius cōſilio adduci potuit vt peniteret. Igitur priuatus cū eſſet poſt mortē iter diuos relatus ē. Thermæ eius noīe Romæ ſūt cōſecratæ: & Maximiāi Herculii Carthagini. Thermæ noīs Diocletiani incoatæ fuerūt a veteribus principibus: & cōſecratæ ab nouis Auguſtis Cōſtantio & Maximino. Diocletianus igitur incoatū opus abſoluerat oī cultu ꝑfectū: ſecuti principes poſuere ibi ſtatuas & ſenioꝝ & nouoꝝ īꝑatoꝝ: quoꝝ capita ītegra & fragmēta reliq̄ corpoꝝ erui ex ſubterranea teſtudīe velut ibi poſt ruinas Thermaꝝ cōſeruata: vidimus: & parti in Capitoliū delata: parti Florētiā miſſa. Cōſtantius & Maximianus inuicti Auguſti Seuerus & Maximi

nus Cæſares Thermas ornauerũt:& Romãis ſuis de dicauerũt. Sit ne ĩ noĩbus ambiguitas diximus. Hæc didicimus exfractis marmoribus ibi effocis: ĩ quibus & tituli victoriarum Maximiani Herculii in hæc verba

M. AVR. VAL. Maximiano inuicto Aug. Pont. Max. Sarmatic. Max. Gotic. Mad. Imp. VIII. Coſ. III. P. P. proconſuli.

ET ITEM VIENAE ALLOBROGVM SIC.

D. D. N. N. Imp. Cæſ. C. Aurel. Valerius Diocletianus. PP. Inuictus Aug. muris Curalonẽſibus ædificiis ꝓuidentia ſua ĩſtitit       Tiſ. atq; erectis portam Viennenſium Herculiam vocari iuſſerunt.

ET IN ERONTE ALTERIVS PORTE VRBIS IDEM EPIGRAMMA IN FINE SIC.

Portam Romanã Iouiam vocari iuſſerunt. Nã Diocletianus Iouius ẽ dictus:& Maximianus Herculius Iouius & Herculius ab Gallis adeo dilecti vt ab eis duo populi noĩa ſũpſerint: Iouiorum & Herculiorũ: & Viẽnẽſes duas vrbis portas Iouiã & Herculiã adpellauere: vt epigrãmata docẽt. Porro Diocletianus aurei ſæculi parens & Maximianus ferrei exiſtimatus.

CONSTANTIVS CLORVS ET GALERIVS MAXIMIANVS.

Seniores Auguſti priuſq̃ ſe imperio abdicarẽt Auguſtos adpellauere adnuente Senatu Cõſtantiũ & Maximianũ. Ille natus eſt patre Eutropio: Romanæ gẽ

tis nobiliſſimo: q̄ genus ab Aenea deducebat: & Matre Claudia Claudii Aug. F. vt Galliis Hiſpaniis Italiæ & Aphricæ præeſſet. Hic vt Illurico Græciæ & orienti imperaret. Cōſtātius natura mitiſſimus & diuitiarꝫ ſp̄tor adminiſtrationē Aphricæ & Italiæ recuſauit. Quod exiſtimabat ab vno tātū pōdus minime ſubſtineri poſſe: & quotiens feriatis diebus epulū dediſſet: vaſa argētea adcipiebat ab amiciſ vt abacū exornaret. Nam & ipſe paucis contentus ab fictilibus non abhorrebat. Tanta modeſtia vixit: vt facilem & amabilem ſe cūctis præberet. Vnde plurimū diligebatur. Eoq; regnāte i Hiſpanii s Galliis: & alpibus: nulli motus fuere: & hoſtes populi Romāi ab armis ceſſauere ī hac placida quiete ex Theodora liberos ſuſcepit Coſtatinū Anaballianū: & Conſtantiū: ac Conſtantiam .xi. anno ex quo Cæſar eſt factus occubuit morbo abſumptus: Eboraci. Sic eſt oppidi nomē in Brittannia & īter diuos relatus: Galerius poſtq̄ Cōſtantius Italiam & Aphricā reliq̄t adoptauit duos Seuerꝫ & Maximianū: illū præfecit Italiæ & Aphricæ: hūc orīeti. Romæ aūt prætoriani īperatorem fecere Maxentiū non abnuente Senatu: qui non vt Aug. ſed vt Tyrannus imperauit: prætorianis eum ad hanc ſeuitiā īpellentibus: Aberat ab vrbe Seuerus cū prætoriani Maxentiū creauerūt ad vrbem cito rediit. Sed Maxentii vires incredibile dictu ſtati creuerāt: Seuerus impar

aufugit:& cū Maximianū peteret:qui in Illuriis erat Rauennæ captus cæſuſq; ē. Ab cuius cæde Maxētius gloria elatus ciues Ro. libidinibus primū ĩde cædibus vexere cæpit hinc odio haberi captus ē Maximianus cum adcæpiſſet de morte Seueri conſortem ĩperii legit Licinium Dacia oriundum:qui genus ſuū ad Philippum Aug. referebat. Qua de re in monimentis publicis illius nomē adoptauit dictuſq; ē. M. Iulius Licinius Licinianus. quoniā ꝓauus:vt ĩpe dicebat: fuit M. Iulius phillippus. Licinii virtus ĩ re militari bello Perſico contra Narſē Maximiano cognita ante fuerat Hic Licinius fuit qui ſubuertit ĩ Perſide tumulū Gordiani. Quod titulus videbatur ꝓgenitoribus ſuis iniuriam facere. Multa tamē præclara geſſit: & priuatus & Aug. Maximianus relicto ĩ Illuriis Licinio: Romā ꝓficiſcitur pugnaturus contra Maxentiū. In itinere cū adciperet de futura multū defectione: qui ita conuenerāt ſi cū Maxentio conflixiſſet: Illuriam rediit & iam penitebat legiſſe Licinium Incidit poſtea ĩ morbū Vlcus ĩguinibus innatum virilia exedit: Marceſcente tota illa corporis parte: Vermes pulularū remedia deerant: Medici deſperauere: & ſi erant qui noua tentaſſent admouere manus non audebant metuētes ne a ſeuiſſimo pricipꝫ occiderētur In hoc cruciatu cum eſſet ſuſpicatus eſt ob ſæuitiā in chriſtianos id ꝑpeti: Vnde reuocauit decreta & ſupiduxit illos adcer

ſiri iubens vt pro ſalute principis orarent: Sed ꝓ truculento & ſãguinolẽto homine præces non valuere. Si·n·conualuiſſet: rediſſet ad ſolitã crudelitatẽ. Itaqꝫ ex eo morbo periit homo gloria rei militaris ilustris. Verũ ſeuitia in chriſtianos crudelis: vnde fædum exitium habuiſſe creditus ẽ. Regnauit ſolus annos duos cum Cæſaribus & imperii conſorte An. XVI. Aduerſus Licinium Maximianus in oriente res nouas molitus oppreſſus eſt: & ne viuus caperetur ſe ſtrãgulauit Tarſi imperauit An. VII: & is cõtra chriſtianos toto oriente: ſi non Truculẽtior: tamẽ non inferior Maximino fuit Interea bona pars nobiliũ Romanorũ per clandeſtinos nunctios Conſtantinum: qui in Galliis imperabat exorant vti vrbem Romã: imperii caput: Tyramnide liberet: qui ſæpius accerſitus tandem ceſſit præcibus: & vix quarta parte exercitus Italiam petiit Maxentius Aſperitate ſimilis Maximiano patri: Sæuitia Domitiano & Commodo pleroſqꝫ claros viros occidit: bona adcæpit. Noua victigalia inuenit: in occidendo & omni via exigendo pecunias inexorabilis factus huic etiam mulieribus ſtuprandis libido inextinguibilis: captus amore nobiliſſimæ & caſtiſſimæ fœminæ miſit ad eam miniſtros libidinum: quos ſolos Aulicos habere conſueuerat. Quibuſcum de re .p. conſultabat· Vir puellæ metu mortis adduci non vetabat vxorem. illa quæ chriſtiana erat petiit ſe or=

nandi tempus:& impetrauit. Ingreſſa cubiculum ſi=bi manus iniecit. Illi cum torquerentur mora inrumpunt. & rem vti euenerat ad principem referunt. Quo exemplo plures adpetere non ē. deterritus: ſed magis abcenſus. Adcæpto nunctio de copiis Con=ſtantini: que Italiæ fines tenebant exercitum educit. Quintus erat annus imperii Conſtantini: qui multis præliis Maxentii conatus pleriſq; in locis: præſertim ī foro Iulii: fudit. Poſtremo coacto exercitu intra me=nia vrbis ſe continuit. Maxentius: & cū nichil vnquā geſſerit ſine reſponſis muliercularum cōſuluit Magā de belli exitu. Illa omnia proſpera vaticinabatur ad=monens: vt cæſis īfantibus: prius aduerſa numina placaret: Ad hoc diem & horam dedit quādo educturus eſſet exercitum. & manus conſerturus: qui ſacris peractis rem pro Magæ conſilio egit: Victus tamē eſt ad pontē moluiū magna ſtrage. Ipſe ſeu fugiens ſeu nu=minibus magicæ vanitatis actus. In Tiberim vna cū equo inſiluit: ſubmerſuſq; eſt: & nuſq̄ inuentus. Caco=demones corpus animāq; ad perpetuos cruciatus re=tulere. Scribunt alii conantem euadere gurgite fluminis hauſtum: & imis retentū harenis: ac limo. Sūt qui referunt Tiberinū patrem idignatū deuoraſſe: & ſta=tim euomiſſe & caput reciſum adhuc ſæuitiam: ac libidines præſeferens ſpectaculo fuiſſe ante currū victo=ris. Hunc exitū Maxentius meruit magicis artibus q̄

imperio aptior. Sæuus in cæteros ſibi non pepercit. Quicunq; magos conſulunt. & vaticinia aut auſpicia rebus gerendis querunt: ſemper ſunt anxii: & nūquā inter metū & ſpem auidi futurorum quieſcunt. Si illi proſpera nunctiant inani & vana ſpe iam tum lætari incipiunt ſin contra repēte triſticia adfecti torpeſcunt Heu miſeros mortalis ībecillitas ingenii & mens ſtupida huc illuc diſtrahit. atq; ſuſpendit: Inſana ſane ſūt documenta q̄ noſtra credulitas excogitauit: vt acrius torqueremur Vtinam faceſceret a mentibus hominum tale figmētum quod eſſe falſum & nullius momenti etiam maiores noſtri tradiderunt. Maxētius filius ne Maximiani an ſuppoſitus vxori ſimulanti partum vt carior eſſet marito prolē cupienti ad nos qui tam remoti ab illo ſæculo ſumus diſſerere nō pertinet Verum & hæc ſunt prætorianorum militū ſemina: rapere: ſtuprare: necare: incēdere: ſatis edocti: quoꝝ ſcelera indomita ad horrendam fecerant conſuetudinē. Stipatores & cuſtodes pricipū ipſos pricipes ad omne gēnus & ſeuitie armabāt. Hii primū Venale imperium propoſuerunt. Quid hiis ducibus auſa non eſt īſania commodi Antonini? Quod turpe atq; crudele nō excogitabat præfectus prætorio etiā de capite pricipis decernens Horū iudicio Helius pertinax vir hō bonus & reip. vtilis cæſus ē. Quid dicā de Balbino & Pupieno quorū armis fluctuās res p. cōſtiterat O Ro

mule parens vrbis quid re profecturū credidiſti cum auſpicato hos celeres primus legiſti: Male auſpicatus es eos cūſtituiſſe qui opus tuum perdituri eſſēt: Sed querimoniæ in alia tempora differantur:

M. IVL. LICINIVS LICINIANVS

LICINIVS In dacia natus parētib; agricolis & ab hiis puer nutritus: Vtinā inter ruſticos cum aratro & ſarculis conſenuiſſet: extrema pueritia militauit: promotuſq; Tribunus mil. bello cōtra Narſē: q primus Armeniam Romanis ablatam Perſarū iuri adſcripſerat: optime ſe geſſit: vnde duci ſēp poſtea gratus fuit. Mortuo Seuero Maximinus ab virtute rei militaris conſortē imperii fecit: & Aug. adpellauit. Prius Illuriis poſt orīeti præfuit. Litterarū acerrimus hoſtis ad ſerens venenū ac peſtē rei. p. eſſe philoſophos & oratores quos odio præcipue habuit & mirifice inſectabatur. Litterarum. n. ado expers vt nomē decreti vix ſubſcribere poſſet. Secte etiam ſimpliciū chriſtianorū minime parcens. Iure igitur Conſtātinus contra Licinium vires Gallicanas & italicas expertus ē: nec adfinitas prohibuit. & Licinii ingratitudo ferenda nō erat Nam Galerii liberos adfines iure ſodalitatis & cōſortii interfecit: Sunt qui ſcribunt Liciniū i nuptiis & vt Cōſtantino gratificarentur milites adpellaſſe imperatorem. & ab Conſtātino miſſum cōtra Galeriū: Sed veriſimilius eſt imperatorem factū ab Galerio: vt ſi=

mul & hoſtilitatis literarum & ingratitudinis adcuſa-
ri poſſet: Primi congreſſus fuere in Pannonia: vbi vi-
ctus conceſſit i macedoniā: ibiq; reparātē uires: & ma
gnas copias cogentem iprouiſus Cōſtātinus adhor-
tus fudit copias diſſipauit in Thraciā fugauit i Aſiā.
Cōuenere duces ſedere tamē incerto: modo pax: mō
bellum erat: Culpa datur ab hiſtoricis Licinio: qui ſæ
pius tentauit fortunam: ac propterea infidus: tādem
& naualibus & terreſtibus præliis uictus deditionem
Nicomediæ fecit: miſſuſq; eſt Theſſalonicē: ubi ho-
mini maligno & muſa℞ hoſti: etiam cōtra ſacramenti
reuerentiā minime fuit ſeruāda fides ut deditus eſſet
& priuatus uiueret: occiſus ē a militibus: meritaſq; lu
it pænas: homo ſeptuagenarius: & Vecors. Impauit
An. XIIII. & nequa turpitudine careret chriſtianus
aduerſabatur ſepiuſq; rogatus ab Cōſtātino nō deſti
tit. Hinc ſemina diſcordiæ fuiſſe memorāt. Scribūt q
dam ante deditionē Cōſtātiā uxorē cōceſſiſſe ad fra-
trē: & oraſſe pro imperio mariti: deinde pro titulo tā
tū: & nō impetraſſe: Cū pro ſalute precaretur flexiſſe
animū fris. Ita Licinius: qui ānis. xvi. præfuerat iuſ-
ſus ē ſine purpura & iſignibus ad Cōſtātinum uenire:
miſſuſq; ē Theſſalonicē: ut illic priuatus cū uxore de-
geret. Impator ſcripſit ad ſenatū ut de Licinio qđ agē
dū eēt cōſuleret. Senatores reſcripſerunt milites vt de
cernerēt. Quod ubi nūctiatū ē: pficiſcētē Serras Li-

ciniũ iterfecerũt. Opinio fuit imorantẽ Theſſalonice Liciniũ iniſſe cõſiliũ de reſumẽdis armis: & ideo miſſos iterfectores. Ab chriſtianis hiſtoricis qđ traditur ꝑtereundũ nõ puto. Ad Hadrianopolim cũ pugnaret cõtra Licinium fertur Conſtantinus vidiſſe duos Eqtes cedẽtes legiones hoſtiũ: & in agro byzãtino vidiſſe lumẽ ſatis corruſcãs ſupra caſtra: & antea: cũ certamẽ fuiſſet ãte oculos vrbis cõtra Maxẽtiũ: cõſpexiſſe ĩ aere crucẽ irradiantẽ ſuas legiões: qbus ſignis: vbi ꝗ celitus victoria data ẽ. Ea vera eſſe qs ẽ q ambigat. Vetuſtas. n. ꝑſuaſit Caſtorẽ & Pollucẽ bis hoſtes ĩ pii Ro. ꝓfligaſſe: bello Latino: & bello Macedonico. Vtinã qui pugnãt certa ſtarẽt. Erga deũ fidei. Sed ꝓliandum eſſet cõtra hoſtes fide. Tũc ſigna certe victoriæ noſtris turmis & cohortibus diuinitus micarent Sed quoniã ſẽꝑ bello ciuili occupãtur chriſtiani: & odio ĩteſtino: pacẽ iuẽire nõ poſſunt: & quãdiu hæc rabies erit nõ ceſſabũt: furta: rapinæ: raptus mulieꝝ: & puerorꝝ cædeſq; ſine diſcrimĩe ætatis: & ſarcerdotii reuerẽtia: vaſtationes agroꝝ: direptiones vrbiũ: atq; euerſiones & tẽplis minime parcũt: viri ſacrilegi quieſcẽtes mortuos turbãt auidi ſãguis ciuilis: ac ꝑdæ. Mali demones ſic implicure nr̃as mẽtes: vt relictis ueris hoſtibus: quos lõga pace frui ꝑmittimus: in nos noſtrorumq; membra armatas & ſãguinolẽtas cõuertimus manus. Baſſarides bacchi numĩe cõcitate ĩ furrorẽ ſe

inuicē nō trucidabāt. Agant quæ nō feminā bacchātē ſed inrel igioſum filiū trucidauit. vbi ad ſe rediit receſſit in Antrū: & locū penitentiæ dedit: at nos nunq̄ cædis penitet. Immo exiſtimamus ad laudē & gloriā adcedere q̄ plurimos īterficere: ac ſi hoſtes n̄ ciues eēnt culpandi ne ſint pricipes quid ad tā ꝑnitioſū facinus ſtipēdia ſoluunt: iudicēt alii. Illud vero auſim dicere chriſtianos oēs ſub vno ſigno crucis militare: & noſtrā relligionē vnicā eſſe remp. Vnicā ipſius dei vrbē: cuius nos ciues ſumus: & bellū inter nos eē nō poſſe niſi ciuile. iuſta arma noſtro ſæculo inter tot rei. p. Saluatoris nr̄i reges ac duces: vnus Ferdinādus rex Hiſpaniarꝫ mouit: cuius īgenita virtus diuinitus adiuta: victis fugatis: ꝑtim cæſis: & ꝑtī ſub iugū actis hoſtibus palmā diuinæ & īmortalis gloriæ iuenit. Vtinā deus felices ꝓroget ānos: vt ſedatis motibꝰ: quos oī via placare ſtudet: ad laudabile & ſāctiſſimū redeat opus: vt plures coronas q̄s meretur ſibi atq; vxori Latius vidicet. Iā ſatis cōmode digreſſi ſumus. Licinius laude nō caruit ī eo qđ adpellare ſolebat Eunuchos & ſecretiores Aulicos ꝑ fumos vēderēt tineas & mures palatii.

## M. FLAVIVS VALERIVS CONSTANTINVS MAXIMVS PIVS FELIX: SEMPER AVG. CONSTANTII PII FILIVS.

CONSTANTINVS Natus eſt ī Brittanniis: patre Conſtantio: matre Helena: quā vir coactus fuit re

pudiare:ut Theodoram priuignā Herculii duceret. Extremam pueritiā quā parens litteris moribus &re militari fouendā præbuerat. Egit ſub Galerio Maximiano in oriente:ab quo iam adoleſcēs miſſus eſt cū exercitu cōtra Sarmatas:gētem ferociſſimā:cædibus hominū adſuetā. In ea expeditione iuuenculis pluſq̄ promitterēt anni geſſit:& præter opinionē hoſtes ꝓfligauit: atq; cecidit. Ducem Sarmatarum catenatū ad Galerium duxit:qui ea victoria minime lætatus ē Quoniā adoleſcētē ꝑpere q̄rebat:vt oli Euriſtheus Herculem propter eam cauſam hortatus vt cū leone in Theatro pugnaret:Cōſtātinus auidus gloriæ ī certamen deſcendit:ferā pertinaciſſime vicit. Spectatores miris laudabilis efferebant. Subridēs īperator cogitabat maioribus periculis obiicere. Cū intellexiſſet Cōſtantinus inſidiis ſe peti Cū fidiſſimis quibuſdam aufugit:& ad patrē rediit:qui iam antea de filii virtutibus certior factus erat:& ſpem haud vanā de illo cōceperat:mortuo patre regum Galliaꝝ Hiſpaniarūq; & alpium Cottiarū teſtamento relictum adcæpit Eū antea pater Cæſarē fecerat. Cæleſti nunctio admonitus cū egrotaret:vt primum Conſtantiū ſucceſſorem faceret qui eſſet ab Tyramnis Romanū imperiū liberaturus:& militibus dei opem laturus. Illud cōſtat īinitio ſanxiſſe:vt agri uillæ oppida:quæ a victū emeritorum contributa erant ad heredes trāſierēt. Vnde

milites ſibi magis obnoxios ac deditos reddidit. Pri=
us ex vetere cõſuetudine Tribunus ꝑfectis. Comiti=
bus & ducibus: qui ꝓ augẽdo imperio cõſenuerãt da
bãtur agri: villæqꝫ vt neceſſaria ſuppeterẽt: quoad vi
uerent parrochias vocabant. Cũ imperaſſet in Gallia
An. III. in ſumma laude vbiqꝫ erat: ĩterdũ impellẽte
Fauſta vxore opinionibus veterũ heſit: & diis ſacrifi=
cauit. Adcerſitus per litteras occultis ferentibus nun
ctiis ab ſenatu Italiam cum parte copiaꝝ petiit Cum
Maxentio cõflixi auſpicio fulgidæ Crucis victor fuit
Eadẽqꝫ felicitate ſæpius Liciniũ ſuperauit. Victo Ma
xentio. S.P.Q.R. Quod Tyramnide liberatus eſſet
Marmoreũ arcum triumphis inſignem inter palatiũ
& cælium poſuit: qui nũc mutilatus cõſpicitur: adpel
latuſqꝫ eſt liberator vrbis & fundator quietis. Exce=
ptuſqꝫ eſt inſigni & triumphali pompa: Hæc Laurus
Italiã dedit & Aphricã: fuiſſetqꝫ hiis orbis partibus
cõtentus: niſi Licinius vltimi belli ciuilis cauſam præ
buiſſet. Verũ iam antea chriſtianis obeſſe deſtiterat:
ſoluſqꝫ ĩ toto imperio populi Romani cũ imperaret
cognomen induit Maximi. Quod antea duo ĩter tot
duces ab rebus geſtis nõ adcæpere & magni dicti Ale
xãder Macedo & Cn. Põpeius. Alexãder vero Anto
nii Pii Sobrinus ac filius adlatum a militibus renuit.
Alexãdri vero ſobrinus & pater magnus Antoninus
pius ĩ monimẽtis vt adpellaretur mãdauit. Inditæqꝫ

ſunt & adpellationes aliæ: vt puta Cōſtantinus reſti=
tutor huāni generis: ꝓpagator imperii ditioniſq; Ro
manæ: & fūdator æternæ ſecuritatis. Ex Fauſta Her=
culii quinq; libros ſuſcæpit: Conſtantinum: Conſtan
tem. & Conſtantiū: Helenamq; & Conſtantiā & ex=
priore quæ fuit ab eo dilecta ſuſceperat Criſpum. An
te Licinii cædē: cū ille priuatus viueret Cæſares tris
fecit. Criſpum Conſtantinum & Liciniū Iuniorē ſo=
 roris. F. Poſt bella ciuilia militaris gloriæ ſemꝑ ad=
petens multis ꝑliis vicit Sarmatas & Gothos Thra=
ciam diripientes: & omnem fere Scythicam gentem:
quibus & pacem dedit. Barbare nationes ob id Au=
guſto deditiſſimæ fuere: Conſtantinus: dū hoſtes ha
buit: optimis principibus equandus. Poſtq̄ ex omni
bello Lauream adeptus īſolens factus eſt: amplo indi
to Maximo cognomine: & certe nō meruit cæde ſuo=
rum ac plurimorum nobilium. Ferunt Fauſtam Cri
ſpum priuignum: cuius amore capta erat. Ad libidi=
nem ſæpius tentaſſe: & renuentem dettuliſſe ad mari
tum illum voluiſſe vim inferre: & virum præſtitiſſe fi
dem iuſſiſſeq; īterfici: cæſuſq; eſt Polæ oppido Iſtriæ
Poſt aliquot annos comperta cauſa occidiſſe vxorem
Illud fit veriſimile inſidiis Fauſtæ circumuentū Cri=
ſpum occubuiſſe: ne peritia ī militando filiis obeſſet
& propterea poſt paulo ſublatus eſt Licinius Iunior
Non caruit ex eo quod factum eſt ſuſpitione Conſtā

tinus. Quod aliquot: quos nouerat cædis illorũ miſereti: perdidit. Poſt quĩquẽnalia quæ Nicomediæ edidit: & deĩde data ſũt Romæ liber curis ſuſpitioſis atq; moleſtiis decreuit animo vrbẽ ſui nominis edificare: & primũ in Aſia in Sardico agro: poſt ad Sigeũ Troadis: vbi fũdamenta iecit. Tertio tranſtulit opus Chalcedonem: vbi iam muri erecti erant. Sed aquilæ funiculos regulares ter q̃terq; architectis rapuere: & trãſmiſſo mari abiecerunt Byzantiũ periti augurãdi illo transferi vrbẽ iubent. Imperator veluti diis monentibus mutauit mẽtẽ. Itaq; tranſlati Byzãtiũ Architecti: ductis rite foſſis: vrbem in medio ſpatio condidere. Cõdi cæpta eſt ante. V. Eiduum Mai. Sed poſt quã ĩmortali deo ſacra rite perſoluit. Cõditam vrbẽ Mariæ Virgini: quæ ſola eſt deipara: conſecratam dedicauit. Valenti Mathematico cura data vt inſpecto vrbis Horoſcopo nunctiaret de eius ætate: ille reſpõdit opus duraturũ Annos. DC. XCVI. ĩtelligẽs q̃d tam diu futuri principes rebus imperii nichil eſſet detrecturi. & tam diu cõſilio Senatus res. p. eſſẽt gubernãda poſt quod tempus Tyrãni eſſẽt ĩperaturi: qui rem. p. diſſiparent: & ad priuatos Tyrãnulorum vſus transferent. Qui totum lac ex vberibus ouium emulſerit agnis fraudans cibum: prædo eſt: nõ paſtor. Viſumq; eſt propter hoc Bizantium ãtiquũ inſtaurari: quod ab Seuero pertinace fere totum emerſũ fuerat:

nota

triẽnali obſidione. Cauſa fuit qđ Peſcẽnius niger ab Antiochenis adpellatus Auguſtus Bizãtiũ cõtra opes Seueri bene muniuerat:& firmis præſidiis occupauerat:deide inſtauratã deleuere milites Galiene vt nullus ex antiquis permaneret Incola. Vrbs ẽ Thraciæ clauſtra põtica vocãt:in anguſtiſſimo freto propõtidis poſita:velut arx: incurſionibus barbaroꝝ ꝓpulſandis. Menia ãtiq̃ ex lapidibus quoquouerſus. IIII pedum ab continente præalta. verſus mare magis depreſſa. Sed par vndiq; latitudo:duos habuit portus: vtrinq; cluſos:fereis catenis. & in frõtibus eorum eminẽtis turres Cõſtãtinus lõge firmius muniuit & multis monimẽtis exornauit:pleraq; ornamẽta tote Aſia & Europa & aphrica ad eius dedicationẽ aduecta ſũt Ex vrbe Roma genetrice coclidem columnnã porfiriam tranſferri iuſſit:& locari in foro lapidibus ſtrato & variis ſignis circundato : & ex Troade Aeneã ſtatuã Apollinis mirandæ magnitudinis:ſuppoſito eius titulo:numiniſq; ſublato capite ſuũ adcomodauit: columnæq; ſuperpoſuit :necnon & clauũ tormẽti Saluatoris:ſtatua poſt multos annos regnãte Alxio:cognomento Comeno:cecidit violẽtia ventorũ deiacta quod tanta moles in illa altitudine conſiſtere nõ poterat:in ipſo caſu fracta:multos in foro ſpatiantes cõtriuit:Tranſtulit ex arce quæ fuerat Ilii palladiũ : vt credidit vana ſupſticio:olim cælo lapſũ:& Dardaui ma=

nibus excæptum. Scutum id fuiſſe quidã ſcribũt: vt Rome Ancilia aliter ſẽtiunt Diodorus atq; Diõ. Palladium ſignũ fuiſſe ligneũ & tricubitale cælo lapſum in Peſinunte vrbe Phrygiæ: dextra tenens haſtã: leua colum & fuſum: & ad eum locũ duce boue deueniſſe Dardanũ: deos rogaſſe vt ſignum darent: ſtatimq; decidiſſe e cælo Palladium. Alii ſcribunt Crhyſẽ pallantis filiam in Arcadia nupſiſſe Dardano: & ſignũ Palladis quod Paladiũ eſt ſecũ tuliſſe ad domũ mariti: vna cũ ſignis magnoꝝ deoꝝ: qui ſũt penates: & hæc ttanſlata in Samorthracen: & inde in frygiã Nec mirum eſt in Arcadia contigiſſe. Nã & ibi natus ẽ Iuppiter in oppido: cui nomẽ etat Creta: e cuius Vertice nata fuit Pallas, Steſicorus & Euforiũ tradunt ſublatum Palladiũ ab Vlyxe & Diomede opa Antenoris: cuius vxor Theano Palladis ſacerdos adſerubat Veteres ſcribũt vrbis omnes fuiſſe ſub tutela Paladis: & eã eſſe præ cæteris numinibus vrbium cuſtodẽ: & eius ſacerdotem Nautium comitem Aeneæ cum ĩ Latiũ nauigaret: eiuſq; deide poſteros quoaduiguit dea cerimoniis pfuiſſe. Silius Italicus adeſerit ab Diomede datũ Aeneæ: Noſtræ hiſtoriæ narrant ſeruatũ fuiſſe Lauini: poſtea trãſlatum Romã & adſeruatum in tẽplo Veſtæ. Quid autem id fuerit cũ penatibus multis verbis diſſerũt. Nemo tamẽ videre potuit: Itaq; ĩ ãbiguo ẽ an Dardanus an Ilus ſuſceperit: fuerit ne

ligneum an: Aeneum ſignum aut ſcutum. & remāſiſſe
Ilij: an aduectum Romam nemo eſt qui adfirmet vbi
cūq; fuerit inde Conſtantinus ferri iuſſit. Cōſtantino
polim & locari ī foro: credibile ē fuiſſe ſimulachrū vt
vox īdicat. Palladis. n. ſtatua vbicūq; fuerit Palladiū
dicitur: Hieronymus ait Conſtantinū nudaſſe vrbes
vt Cōſtātinopolim ornaret: vt ī foro Traiani ornādo
priores fecere prīcipes: nec illic conſtitere ornamenta
ſæpius irruētibus Barbaris: præſertī Getis vrbē ſuā
titulis honoribus Nec romā habendam cēſuit & lege
ſāxit: illic deductis multis antiquorum Ro. familiis:
& liberam fecit. Cū antea longe Seueri ſub iure Perin
thiorum eſſet XXX. imperii anno tricēnalia dedit In
quibus mutata mente cum peniteret eius quod feciſ-
ſet in adfines Dalmatiū Anaualiani fratris. F. Cæſarē
fecit: & vna cū filiis heredē ſtatuit. Hic Dalmatius cū
imperaſſet an. III. factione Cōſtātii in oriēte a militi-
bus occiſus ē: & eodē āno multi nobiles cæſi cū Alla-
dio præf. prætorio: cū libelli dati eſſent de erroribus
quorūdā epiſcoporꝫ manu adcæpit Cōſtatinus: & ꝓ
iecit ad ignē: adſerens nolle de epiſcopis decernere: vt
qui ī ea auctoritate & veneratione ſit peccare nō poſ-
ſūt. Helena Auguſti mater q̄ totā ſe dederat nr̄æ relli
gioni octogenaria diē obiit. Filius ī tēplo. XII. apo-
ſtoloꝝ cōdidit. ibi. n. cōmune ſepulchꝝ ſibi poſteriſq;
ſuis fecerat. Iam ſenex Perſis Meſopotamiā diripiēti

bus bellũ indixit. paratas ad hoc opus copias eduxit claſſeq; trãſuexit: Ipſe Sotiropoli vrbem petiit: quæ Pythia ante vocata ē: vt aquis callidis ſenile corpus foueret viribus ꝑ ætate conſeruãdis priuſq̃ ſe ablueret Medici Pharmachon dedere: Miniſtri corrupti ꝑcio: vt ſcribũt: ab adfinibus nocua imiſcuere Ille itrepidus poculũ ebibit: poſt paulo incidit i morbũ: quo ingraueſcente ductus eſt in villã publicam prope Nicomediam. Interea Cõſtantinus qui copias omnes Antiochiæ cogebat contra Partos: cũ adcæpiſſet de patris aduerſa valitudine. Nicomediã aduolauit. Vt pater diligẽtius curaretur. Medicoꝝ fomẽta nichil profuere. Intriſecus abſumente veneno mortuus eſt: & ab Nicomedia Conſtantinopolim regale perductum ē funus: comitante filio Conſtantino: & cum genetrice ſepultus. Iulianus i orõne de Cæſaribus ſcribit Mercurium interrogatum a patruo Conſtãtino quis eſſet modus boni principis: reſpõdiſſe Regẽ oportere multa poſſidere & multa impendere. Conſtãtinus in initio bonis principibus ſimilis: Poſt bella ciuilia velut omni metu liber contra ius equitatis pleroſq; occidit minime ſuis parcens: & liberalitatis Auguſtoꝝ imemor. cepit eſſe parcus: & interdum nimis tenax: gloriæ tamen adpetens militaris: rebus gerendis fortunatus & felix: quod proueniſſe ex eo fertur. Quoniã fidei chriſtianæ plurimum fuerat: mirumq; eſt cum de

ditiſſimus fuerit lauachrum renaſcentis vite in extre=
mum vitæ ſue tempus diſtulerit. vt exiſtimo volēs id
in Iordane: iturus cōtra Perſas: efficere: baptizatuſq̧
eſt ab epiſcopo Nicomedienſi illud in eo principe lau
dabile memoratur: : quod ſi quos ex vulgo priuatus
dilexit: opibus honeſtauit: nō dignitate prætoria aut
conſulari: vti priores principes: nulla habita hono=
ris ratione fecerunt cumq̧ fuerit armorum ſtudioſiſ=
ſimus: eloquentiæ expers non fuit: ac philoſophiæ: &
in diſſerēdo ſatis adcuratus: dicere frequēter ſolebat
poro vtilitate rei. p. Imp. nō debere labores recuſare:
& partem corporis recidendam ſi remediū nō admit=
teret: ſim contra fouēdam ea ſimilitudine notabat ma
los homines qui emēdari nequeunt. Vix. An. LXVI
Imperauit. XXXII. minus mēſibus duobus Quidā
tradunt Conſtantinum orbem heredibus teſtamēto
diuiſiſſe. quidā filios ſorte feciſſe.

## DIVISIO IMPERII ROMANI.

CONSTANTINO Obuenere galliæ hiſpaniæ &
Alpes Cottiæ: Brittāniæ: Orcades: Ibernia: Thyle.
Cōſtanti Italia & Aphrica cū inſulis Illuricū: Mace=
donia. Achaia. Pelopōneſſus: Græcia: Cōſtātio oriēs
& Thracia: cuius caput Cōſtantinopolis & cū eo Dal
matius imperauit ī omni actione patruo q̄ patri ſimi
lior: ſed virtus ob fuit: Nā factione Conſtātii Patrue
lis: vt diximus: ſeditione militari iterfectus eſt. Cum

impetraſſe An. III. neq; prohibente: neq; iubēte Cō ſtantio. Sed credibilius eſt huius clandeſtino cōſilio facinus peractum fuiſſe Conſtātinus qui in Gallia imperabat minime cōtentus legatos miſit ad fratres petens vt fieret noua diuiſio: & cū non proficeret poſt lōgas querimonias fiſus opibus Gallicanis: & equitibus Hiſpanis: & Alpino peditatu: bellū ciuile contra ius & fas mouit: & primum inuaſit propiquas regiones. Conſtans tunc erat in Dacia pugnans cōtra Getas & Sarmatas Cōſtātinus ad Aquileā peruenerat. Cuius in agro obuiā fiunt milites a fratre miſſi qui conatum repellerent: & cum ille longe viribus pſtaret: quia p ſummum nefas arma cæperat īcautius cōgreditur: lapſusq; eſt in inſidias: quibus exercitus circumuentus ī medio cæditur: Equus principis vulnere ictus ſeſſorē Cōſtātinum deiecit. Cum iaceret humi ſine purpura incognitus multis ictibus cōfoſſus eſt. Imperauit triēnio non dum finito Vixit An. VXV.

CONSTANS Poſt meritā cædem fratris omni conatu ſuperatis alpibus Galliā intrat varioq; euētu pugnans biennio partem fratris adſecutus eſt preſuit aliquandiu vt bonus rector. Poſt ſiue debilitate nature ſiue amicis ſuadentibus animū ac delitias flexit Ex quo in leues articulorū incidit egritudines: quæ hominem reddiderunt difficilem: moroſū: auſterū: vnde factus eſt prouīcialibus grauis & militibus inliberaris. Ea cā

ſeditionē peperit: Erat ī exercitu Magnentius comes ordinum auguſtæ: vrbs eſt Germaniæ cōuiuiū militibus exhibuit a mane ad veſperas more gentis. Inde cubiculū igreſſus: ſtatiq; egreſſus eſt īdutus purpura multis ſtellitibus cinctus qui conſcii non erāt coacti ſunt adſentiri: abiitq; cū omni turba ī prætoriū: & donatiuū dedit. Poſitis cuſtodibus cauit nequis rē aperiret aut referret. Cōſtās q̄rens mitigare tedia articularis morbi ubicūq; fuiſſet uenatibus operam dabat: & ad ſiluas diuertebat: ubiq; cū formoſis Puſiunculis ludebat: & bacchabatur: etiā fruens illorū tenera ætate. Ad eū miſſi percuſſores qui inſidiarentur offēderunt Conſtantē uenatione feſſum quieſcentem: ingreſſi tentorium nihil tale cogitantē interficiūt. Quidam dicūt eū vigilem cognouiſſe parricidas: & abiſſe in ꝓpinquum templū: & inſignia imperiii depoſuiſſe & ab altaribus tractū cæſum fuiſſe. Scribunt eius Horoſcopū inſpectū a Mathematico: qui dixit periturū gremio gēitricis. Nā Helena auia mortua Fauſta matre Cōſtātini filios nutriuit: & ut parēs Cōſtans occiſus eſt: ī oppido haud lōge ab Hiſpaniis: cui Helena nomē erat. Cōſtans ſi exēplo Ciceronis didiciſſet nō armaſſet in ſuam cædem Magnentiū. Opilius Lænas reus capitis. M. Tullio defenſori caput abſcidit: Magnentius ſeruatori ſuo mortem ītulit. Nā cū milites exorto tumultu in Illuriis occidere vellēt obiecto pa

ludamento Impator texit ac ſeruauit. Diſcant ideo q̄ legerint illoꝝ miſereri & illos tueri quoꝝ virtutes cognitas habeāt: alter pæna quā illi propter flagitia meruere ī defenſorum capita reſilit: pauci præterea reperiuntur q norint gratificati. Vixit Cōſtans an. paulo plus: XXX. Impauit. XIII. Milites trucidarii & cōiurati Magnentiū Imperatorē ſalutant: cū hæc nunctiata eſſēt Romæ Nepotianus Imperator a populo & mirmillonibus factus: Heraclides Senator Fautor Magnentianæ factionis populū decæpit: factaq; proditione Nepotianum Auguſtorum ſororis filiū quē Gladiatores cingebāt ſimulās velle cum eo loqui ob truncat' caput: Pilo fixū per vrbis itinera deportatū eſt: Imperauit dies duode. XXX.

## MAGNENTIVS.

MAGNENTIVS Comes duoꝝ ordinū dolo Impator factus Cōſtātius noīe litteras ſcripſit ſub *illius* ſigno ad eos q̄ præerāt vel cohortibus uel urbibus: q ſtatim ad Imp. venirent: quos in itinere cædi iuſſit vt nō eſſet qui motum faceret: iā & Roma ceſſerat. Eius enim factio plurimū valebat. Cōſtantius tūc ī oriēte aduerſā fortunā cōtra Perſas experiebatur. Igitur igēti agmine Italiā petit: & Mediolani diu īmoratus fratrē ſuū Decentiū Cæſarē fecit: miſitq; cū exercitu vti Gallias tueretur. Iāq; tota Italia & Aphrica Magnētii erant. Factio Illuricoꝝ duce Brittānione cū nouo

Imperatore ſẽtiebat. Ad Cõſtantiũ legatos miſit cũ litteris vti orienti & Thraciis cõtentus eſſet: qui nihil reſpondit. Conſtãtius Gallum patruelem Cæſarẽ fecit & reliquit in oriente: ipſe heſperios petiit victurus fratris cædẽ. Sed ne ſua Roma bello ciuili vexaretur miſit ad Magnentiũ concedẽs Galliam ſi arma deponeret. Tyrãnus ſperans vicere non paruit. Ideo ãbo ad pugnã ſe parant: Magnentio priuſq̃ cõgrederetur Magna cõſuluit Virginẽ iugulare & cruorẽ vino miſcere: potandũq; militibus præbere: Mos eſt imaniũ Barbaroꝝ cũ aliquid ſecretius agunt. Ipſa interea carmina ꝑagebat: poſt hæc ꝓfana ſacra fit pugna vtrinq; magnis copiaꝝ viribus ad Murſam. Vicit Cõſtãtius magna hoſtiũ & ſuoꝝ ſtrage: verũ hoſtes ad multã ꝑtẽ noctis cæſi: Tyrãnus dimiſſo equo & inſignibus in abitu eq̃tis aufugit. Equũ ſuũ reliq̃t: vt q̃ viderãt exiſtimarẽt ſeſſorẽ eẽ mortuũ. Victor ĩꝑato die ſequẽti cõſcẽdit tumulũ: exquo tota planities conſpici poterat quã cũ vidiſſet replẽtã cadaueribꝰ ĩgemuit cæſa fuere ſupra LIIII. milia pugnatoꝝ: oẽs cæſi iuſſi principis ſepulti ſunt. Qui vero vulnerati non perierant victoris beneficio curati & cõſeruati. Exercitus Tyrãni fuit ex. XXX. milibus: Conſtatii vero. LXX. milium pugnatoꝝ habuit. Periere illinc. XXIIII. Hic ꝓpe. XXX. Ea pugna adtritæ fuerunt imperii Ro. vires. Nam hii qui cæſi & numero & robore ad quæuis ex=

terna bella ſatis fuiſſent: Magnentius poſtq̄ ī tutū locum ſe recæpit: reliquias profligati exercitus colligit & nouo milite ſuppleuit. Cupidus rurſus aleā dimicationis tētare: & priuſq̄ experiretur miſit vnum e ſenatoribus grandem natu ad Conſtantiū quod vellet omibus præterq̄ Galliæ: Cōſtantius hominē reiecit opinatus illū ſpeculatorē veniſſe. Poſt miſit epiſcopos nihil prouinciaꝝ querēs: ſed tantū vt liceret militare ducis titulo: quibus nihil reſponſū eſt. Quod cū adcæpiſſet exercitus Tyrāni: plæriſqꝫ milites abierūt ad victorem: Tyrānus intelligēs ſibi dimicandū fore exercitum ex copiis Gallicanis reparauit: miſitqꝫ dū milites cogeret adſuetum parricidā multis pollicitationibus Antiochiā qui Gallum cōfoderet: vt illo cæſo Conſtantius relictis rebus heſperiæ cogeretur oriētem petere propter Perſas: cū trucidarius Antiochiā perueniſſet domum cuiuſdā vetulæ diuertit adpoſitam fluuio Oronti: qui labitur per eam vrbē: Orōtes antea dictus Ophires: poſt ab filio Cābiſæ regis Perſarū ibi ſubmerſo vocatus Orontes. Hic ī cæna poſt vina rē cōmunicauit cū paucis: quos inuitauerat: minime expaueſcēs mulierem ætate confectā: illa clam ſe proripuit & quod audiuerat ad Gallū rettulit: qui ſtatim omēs comprehendi iuſſit atqꝫ necari vbi quæſtionibus ordine ſuo negotium aperuerunt: Magnentius quia tale cōſilium irritum fuerat: rurſus præliari

ſtatuit. Victuſq; eſt & aufugit Lugdunũ: comites vt victori grati eſſent conſiliũ ineunt Tyramnũ capere & Auguſto tradere: ille vbi ſe cuſtodiri cognouit: cũ fugæ locus deeſſet: furorẽ ſimulauit: & primũ fratri Deſiderio vulnera ĩtulit: quæ nõ fuere læthalia: poſt ĩterfecit quoſdam amicos: tandẽ ſe cõfodit. hic exitus fuit ingrati hominis. Decẽtius Cæſar qui Gallias tuebatur audito fratris caſu ſibi metuẽs laqueo apud Senonas vſus ẽ. Deſiderius adceſſit ad Cõſtãtiũ ab quo liberaliter exceptus eſt: Gerũtiũ Magnẽtianæ factionis comitẽ exilio victor mulctauit dum ĩ Gallia eſſet

## BRITTANNION.

BRITTANNION Ante Tyrani pericula quo cũ conuenerat & Imperator ab Illuriciano exercitu adpellatus Murſæ: quo tpe & Nepotianus Romæ poſita purpura & Gallica vſte indutus Conſtantiũ adiit & obuius veniẽti factus eſt ĩ Thracia: obuolutis pedibus veniam petiit & impetrauit. Imperator ſenẽ ducem ãplexus patrẽ eũ vocauit & Cænæ adhibuit: ab quo multa de Magnẽtio ĩtellexit. Deinde iuſſit abire Pruſiada Bithymniæ caput & ꝓpiqua oppida voluit vt ad victum Senis cõtribuerẽt: qui plures miniſtros ſecũ ducẽs illic magna q̃ete vixit An. VI. poſt deceſſit SILVANVS Bonitii. F. in Gallia natus q̃ bello Liciano clarus ſub Conſtantino: Tribunus ſub Magnẽtio fuit: Poſt defecit ad Conſtantium: ab quo miſſus ĩ

Galliā eſt. Imperator vero qui calūniis aues facile p̄-
bebat ſucceſſus eius ſuſpectos habuit. Quærebat igi-
tur īſidiis circūuenire: Siluanus vbi adcæpit ꝓ cōciōe
quæſtus eſt. Ita a militibus Cæſar adpellatus: ad hūc
motum opprimēdū mittitur Vrſicinus qui pecunia
Tribunos Siluani corrupit vt occiderēt: Agrippinæ
igitur de induſtria facto tumultu cæſus eſt. Cuius cæ
de tam magno gaudio exultauit Conſtantius vt fere ī
ſanus haberetur: præfuit paulo plus. II. menſibus.

## GALLVS.

GALVS Natus eſt ī Maſſa Veternenſi patre Con-
ſtātio fratre Magni Cōſtātini matre Galla Rufini &
Cerealis: q̄ Cōſulares erāt: ſorore ac liberaliter educa
tus feros mores vincere nō potuit: ꝓfectus ad oriētē
conſedit Antiochiæ: vbi ſtimulāte vxore omē genus
ſeuiēdi exꝑtus eſt. Illud vero nefandū & abhorrēdū
noctu cū Stellitibus īcognitus errabat per lupanaria
& tabernas explorās ſubmiſſa voce Græco ſermone.
Quid de Cæſare ſētirēt: & notabat ſingulos qui oblo
cuti fuiſſent. Poſt aliquo repto figmēto trucidabat:
qđ ātea ī vrbe Roma feciſſe Gallienū memoriæ ꝓdi-
tū ē. Vtrūq; vxoris ſtimuli exagitabāt: miſſus ē ad eū
Domitianus præf. præt. ab Imꝑatore q̄ de ſceleribus
Cæſaris iam ſenſerat: vti cū Gallo ſcretius ageret: & ꝑ
ſuaderet venire ad principem: quod cū parū ꝓficeret

addidit mādata & minas: indignatus Gallus hominē cōprehēdi iuſſit & cuſtodiæ tradidit Montiū etiā quæſtorē: qui tale facinus nō probabat Cōiecit in vincula ſuadente vxore ambos per foꝝ tractos. & verberatos in fluuiū proici mādauit Quod vbi adcepit Imꝑator miſſit qui Gallū adducerent: ille vxorem Cōſtātiam ire ad fratrem iubet placaturā eius īdignationē & hæc in itinere deceſſit. Cuius morte audita Cōſtātius edicto Gallū dignitate priuauit: exilio damnat. & ne lōgius rem pretrahat ( omnem autē eius ſecuritatem in morte Galli poſuerat ) percuſſoribus mandat iuuenē abtruncare: Hii fuere Seruianus reus maieſtatis pau= lo ante abſolutus. & Pētadius notarius: & Apodemi= us qui pranſo Gallo. & vti noxio manus poſtt erga re= uincto: ceruicem abſciderunt. In foro truncus relictus eſt: poſt paulo q̄ illi miſſi ſunt penituit Imperatorem & deſtinauit citiſſimos qui prohiberent: & hii retenti fuerunt ab Euſebio Eunocho. Is enim erat ꝓpoſitus cubiculi: cuius conſilio princeps fere omnia agebat: q̄uis Gallus meruerit pænas dare īperauit An. IIII Vixit. vnde XXX. Conſtantiæ corpus delatum ad vrbem. & ī ſuburbano viæ nomentanæ poſt primum lapidem ſepulchro maiorum illatum eſt Conſtātius ī oriente aduerſa fortuna res geſſit. Hoſtis enī ſemper ſuperior fuit. Anno. XI imperii Perſica palma pæcce pta ſemel eſt temeritate militū ad Singarā Nā octies

cum hoſte congreſſus: & in hoc prælio cum victoria pro eo ſtaret ad hoſtes tranſiit non ſine graui vulnere amiſſa eſt Singara: & Bizabda & Amida cũ adcepiſſet de fratris cæde dubius agebatur permaneret ne cõtra acerrimos Perſas: an ad vindicandam Europã remearet. Sapores Armenias vexabat Iamq̃ niſibis obſedit quã vrbem Luculli arma iuris Romani fecerant Quo tempore. Mitridares Põticus ad opẽ Tygranis Soceri confugerat: Niſibis orbs eſt Mydoniæ: hic appellauere proxima Syriæ Macedones a noſtris dicta Antiochia huic cũ capta fuit a Lucullo præerat Guras Tygranis frater: quem Romanus dux apud ſe honorifice tenuit. Barbari Niſibi Anthiocus Anthiochiã nominauit Expugnãdæ vrbi ĩtentus Sapores bellica tormenta admouit. Alueũ fluuii qui mediam ſecat vrbẽ alio ductis foſſis deduxit. Sed ex hoc non obfuit propter frequẽtes illic fontes puteoſq̃ qui ſatis ſuppetebant. Cunq̃ hoc non precederet occluſit meatum fluminis: deĩde emiſit: vnde ĩpetus aquarũ ſubuertit partem meniũ. Niſibenſes noctu citiſſime obſtruxerunt: tabulis: trabibus: & terra. Cum iluxit dies rex vetitus ab expugnatõe re infecta meſtus abiit Niſibenſes muros inſtaurauere. In hac expeditõe rerum amiſit. XX. mil. hominũ Naſſagete abſentia regis ex ſuperiore parte Perſida inuaſerant abigẽtes p̃dam: Rex regno tuendo properauit. Cõſtãtius ſub

ſidíarios milites miſit: Niſibim & menía firmari iuſſit inducias cum Saporefecit: & priuſq̃ Europã peteret Gallum patruelem Cæſarem pronũciauit iunxitq́ꝫ ei matrimonio vxorem Conſtãtiam vxorem ſuã præfecitq́ꝫ copiis oriẽtis: Ipſe contra Tyrãnos properauit & pacẽ vbiq́ꝫ fecit: & cũ vndiq́ꝫ in Europa late victor eẽt: ſedatis bellis ciuilibus ludos arelate dedit ãte. vi. Eiduum Octob. Quo die imperiũ ſumpſerat Italiã venit: Mediolani cõſtitit: & inde vt Galiis ſubueniret Iulianũ patruelẽ adoptauit: miſitq́ꝫ ĩ Gallias cũ paucis militibus: ipẽ petiit vrbem comite. Ormiſda regis Perſarum filio: nobilitatem vrbis & maieſtatẽ admiratus eſt. Nobilitatẽ ſtãs audiuit: vulgus ſella curuli ſedẽs in foro: & quoniã hoſtes ꝑter Perſas deerãt ſuis manibus ſcripſit. Cõſtãtius totius vrbis dominus: iſanior Domitiano: qui inſcripſit Dominus & deus veſter Domitianus: huius Emulus cæpit odio habere viros claros cũ opa vrbis ĩ tueretur: ardor inceſſit ſtatuã equeſtrẽ erigere ſimilẽ illi q̃ Traiani erat In eius atrio & Ormiſde qui pene ſequebatur mentẽ aperuit At ille ſubridens reſpõdit prius oportere ſtabulũ fieri molis equi capax. Imperator cõticuit. locus admonet de Ormiſda ĩſpicere: Narſes plures habuit more Perſico vxores: ex ĩluſtribus ſuſcepit Adarnaſſẽ: Ormiſdã: & Narſẽ. Ex humili generis vxore Verũ ſupra cæteras formoſa: genuit Saporẽ: Adarnaſſes ſuceſſu

rus erat: quia maior natu: ſed corona͞ non adſecutus e͞ ob ingentā ſæuitiam. Meſopotamii tentorium ex corio camelorū intexto auro arte Babilonica dono miſerunt ad Narſē: filio dedit Narſes & interrogauit an placeret. Reſpōdit Adarnaſſes magis ei placere ſi imperaret: qđ ex hominū coriis lōge pulcrius facturus eſſet: huius vocis memoria & alia crudeliſſima quæ in initio regni fecit regnū abſtulit. Itaq; omibus præpoſitus cōmuni cōſenſu Perſarum Sapores: qui cæſo illo Narſē fratrē luminibus priuauit. Ormiſdā in vincula cōpegit. Huius vero mater & ſoror & vxor: corruptis pecunia cuſtodibus, carcerem ingreſſi limā inueni dederunt: quam ſecū tulerāt: quo inſtrumēto fibula compedum diſſoluta eſt. Vbi opus peregit illæ pigue cōuiuiū cuſtodibus exhibuere: qui dū cibo & potu graues quieſcunt Ormiſda aufugit: & in caſtra Romanorum venit vltimis Conſtātini magni annis: Sapores re intellecta vxorem ſequi maritū iuſſit Ormiſda bello ciuili a Cōſtantino præpoſitus eſt turmis eq tum. Fuit enim vir fortis ac certus Iaculator nūquā Iaculum fruſtra emittens: ante deſignās quo eſſet Iaculaturus: bellis Europeis eius claritudo omibus nota fuit: & magnam ſibi laudem propagauit: Cōſtātio redeunti ab oriente legati Saporis occurunt ad Sirmium petētes reſtitui Meſopotamiam & Armenias aliter pax non eſſet Conſtātius Auguſtus ad hæc re=

ſcripſit Perſas ſeruiſſe Macedonibus:& Macedonas ſeruire Romanis:hac ratione iniuria petis. Meſopotamiam maiores noſtros cæpiſſe Perſas inrūpiſſe latronum occupantium more Armenias ceſſiſſe Ro. imperio victo Tygrane:cōtra quem iuſtum bellum geſſit L. Lucullus: qui mitridatem hoſtē populi Romani hoſpicio:& adfinitate fouēdum exceperat:& ipſū Mitridatem nulla contumelia laceſſitum ſpōteīiuriis ac cædibus adfeciſſe Romanos & Perſas īrupiſſe ſæpius in Armenias:& a patre tuo Narſe non bello occupatas:ſed inſidiis īterceptas qua de re deſine hæc petere quæ noſtro iure tuemur:pacē quā petis minime: ſed cōditiones eius recuſamus Sapores Lectis litteris bellum mouit:Niſibim fruſtra obſidione tentauit. Nam inde repulſus eſt. Poſt in alias vrbis profectus tantū Amido potius eſt:quæ non ſatis firmo præſidio tenebatur. Eam ſolo equauit. Ea res coegit Conſtantinū Conſortem eligere cenſuitq; adcerſiri Iulianū patruelem Galli fratrem: quem adoptatū pro cōtione ad milites:& Cæſarē fecit. Non me præterit qui ſub Cōſtantio militarunt ſcribere Iulianū adoptatum fuiſſe in Gallia Ciſalpina: propter īruptionē Germanorū qui Gallias vaſtabāt:vt ab rapinis hoſtilibus Gallias: quas præcipue amabat:liberaret: Alii ſcribunt Athenis adoptatum, vbicūq; fuerit adſenſu militari purpuram induit ante diem VIII. Eiduū Nouemb: Arbi

tione & Lolliano cos & Galliā miſſus priuſq̄ proficiſceretur Helena Conſtantii ſoror ei iuncta matrimonio eſt: & quia periculū īminebat Kal. Decēbr. egreſſus cū exiguo ſupplemēto deductuſq; ē ꝑ aliquot milia paſ. ab Aug. maturauitq; iter Taurinos verſus. Ferūt cōſilio Euſebii. quærētis ꝑdere totū genus Cōſtātini paucos milites fuiſſe datos Iuliano: vt ab hoſtib⁹ occideretur: qđ illđ ꝑcipue īdicat: quoniā obeſſe apđ Senonas auxiliū nō miſit ſecus euenit. re. n. bene geſta ī Galliis ſepius hoſtes ꝓfligauit: vltra reꝶ coegit multos captiuos adduxit. XI. fere milia noſtrorū qui belli iure ſeruiebant: ab Alamānis recepit: & prope Argētoratū vrbē Galliæ totū fere Alamanoꝶ exercitum ꝑdidit. Iam inde Barbaricæ cladis monimētū habuit quod niſi contigiſſet vrbis minime nota ī obſcuro eſſet & ꝑter omniū opinionem ī ſolo hoſtili multa præclara geſſit Cunq; eius ſucceſſus felix haberetur non caruit calumniis apud Auguſtum & erāt qui adpellabant eum loquacem Talpam. alii purpuratā Simiā alii Græcanicū Litterionē & erāt q mollem Aſianum Greculumq; fallacē: & ſub ſpecie ſapientie ſtolidum. Cōſtantii a. aures ad fidem præſtādā faciles pronæq; erant: Quod cum ſciret Iulianus egre tulit: & metuit ne idē ſibi quod Gallo fratri eueniret: ideo iam tūc cæpit cautior eſſe.: & poſt victoriam ingentis pugnæ cū hoſtiū peremptorum magni acerui eſſēt cadauera in

fluuium proiecta:cōcordi adſenſu victoris exercitus vocatus eſt Imꝑtor:& inde Auguſtus:nomē Augu=ſti pertinaciſſime renuit: hic tumultus militū fuit nudatis enſibus cogentium meritū cognomē adcipere. Itaqꝫ vt illi quieſcerēt adnuit:nō reperiebatur diade=ma:facere tentauerūt ex mūdo muliebri:Iulianus vetuit adſerens nō eſſ boni euentus auguriū. Tribunus coronā adtulit nō longe differentē ab corona quæ ſo=let ī Xriſto victoribus dari. Marcellinus ſcribit Maurum comitē ordinis detraxiſſe ſibi torquē. Draconā=rius enī erat:& capiti prīcipis aptaſſe. Poſt vero vſus eſt diademate micātibus gemmis exornato:fædus cū Alamānis percuſſit illis reſtituentibus ablata. Deide miſit ad Conſtantium pentadium quendā magiſtrū copiaꝝ cū litteris in quibus erat tantūmodo Cæſaris titulus:ſumma litteraꝝ hæc fuit:milites ſæpius victores:& qui diu ꝓ re.p. pugnauerūt:vt præmia laborū & diuturni ſudoris petere poſſēt:me licet repugnātē imperatorē adpellauere. Non ignoras ātiquæ cōſuetudinis eſſe:qui ſub ducibus ac Cæſaribus militāt nō licere præmia Romano iure poſcere:ꝗa ea cauſa iuſta cenſeri debet:te exoro ꝗ cōmunis es parens:ut equo animo ad cōmunionē īperii me patiaris:ne miſeri milites fruſtra effudiſſe ſanguinē uideantur:addebat ī finc ſe polliceri miſſurū certatores equos ex Hiſpaniis & promptos milites ex Galliis:id quidem erat ānuū

tributum. Erat Conſtantius cū adcæpit epiſtolā Iu=
liani Cæſaræ in Cappadocia: vltra ſolitum excanduit
Cæſarea ante dicta Mazaca eſt poſita in radicibus Ar
gei montis: & nihil reſcribēs edixit expeditionē cōtra
Perſas: pro qua orientē petierat: ita ſuadentibus q̄ vti
litatem rei. p. quærebāt: eius animus cū legit litteras
præceps fuit vetere copias cōtra Iulianū: poſt paulo
legatos placide abire iuſſit: quibuſcū miſit Leonam q̄
ſtorem cū mandatis. Qui & litteras dedit: ī quibus ad
monebat iuuenem vt Cæſaris noīe cōtentus Auguſti
maieſtatē poneret Leonas Pariſiis exceptus honori
fice eſt: & poſtq̄ in campū cū armata multitudie ſtans
pro tribunali velut concionaturus litteras īperatoris
legit. Cū ventū eſt ad Cæſaris nomē: oīs turba clami=
tare cæpit. Iuliāe Auguſte Salue: Iuliāe Auguſte dii
te ſeruēt: Iuliane Auguſte dii te ſoſpitēt. Poſtea vnū
ex hiis q̄ mādauerat Cōſtātius actū ē: hoc eſt Nebri=
diū præf: præt. factū: ſubmoto Florētio: & hoc minie
ꝑceſſiſſet ni Iulianus ex ſua ſnia ꝓueire diceret. Iulia
nus: ne ardor militū frigeſceret: legatos rurſus ad Cō
ſtātiū mittit: īpe ꝓfectus ē ad limites Germaniæ. Im
perator interea adcerſiuit Ariacē regē Armeniæ vti fi
dus eſt Romanis ꝑſeueraret: neu fallaciis Perſaꝝ aīad
uerteret: poſt miſit ad reges Tranſtygritanos vti fide
ꝑmanerēt ne deficerēt ad Perſas: Iulianus ordinatis ī
Germania rebus ſtatuit Viēnæ hiemare: nō deſūt qui

ſcribant mādatū fuiſſe leone vt obiceret beneficia im peratoris Iuliano: vt homini īgrato: & illū quæſtū ēt de Cōſtantino de Cæde parentū ac fratris: & iuocaſſe vlctores deos: deide iuſſiſſe abire oēs ab exercitu qui dicta Cōſtātii ꝓbarēt. At vxor Cōſtātii Auguſti mo ritur & ducta eſt Fauſtina: vtraqꝫ forma pulcherrima Sed illa meſtitia ac dolore īteriit inpotentia Genialis tori. Cū ad bellū ciuile Iulianus ſepararet: exiſtimās Cōſtantiū nūq̄ ad Cōcordiā venturū. Vxor eius Helena moritur. Iuſſit corpus Romā ꝓferri: & ſepeliri ī ſuburbano nomētanæ viæ. vbi ātea Cōſtantia ſoror ſe pulta erat Falſum ē qđ iāpridē vxorē expulerit: quæ caſtiſſima erat Iulianus fertur dixiſſe militibus vt ſe pararēt cōtra Cōſtātiū: priuſq̄ ille aduerſus ſe moueret īpetū. In ipa expeditiōe: qa multi erāt in exercitu chriſtiani: iuſſit vti qſqꝫ coleret quos vellet deos. Ipe vero: ne ab fide abhorrēs aīos militū alienaret: ingreſſus tēplū ī natali Saluatoris: vt alii dicūt ī ſollēni Ephiphaniæ & vna cū cæteris adorauit: & diuinis rebus in ter fuit. Poſt vt ſe corrigeret dicebat ſe ꝓperare vt cōiūgeret exercitus: & ꝑſciret quo die eēt Impator moriturus: vt per nocturā quietē præmonitus erat: qñ vocē audierat: cū Iuppiter eriti ī fine Aquarii & Saturnus in XXV. parte Virginis: Cōſtātius dñs Aſiæ morietur. Cū ex Antiochia pueniſſet Tarſum Impator Aug. vt Iuliano obuiā iret: incidit ī febriculā ſēp eq̄lē

ratuſq; eſt geſtatiõe aboleri: vectus lectica ẽ p iuia iti nera uſq; ad radices Tauri mõtis: ibi in ſtatiõe q̃dã: q̃ adpellatur fõs Mopſi: Græce Mopſocrenis: intrinſecus exurẽte calore: febris aucta eſt: adeo ut corpus tãgi nõ poſſet. Hic cũ deficeret ſucceſſorẽ ſtatuit Iulianũ poſt paulo mortuus eſt añ. III. non. Octor. Vixit An. xl. & paucos mẽſes. ĩpauit an. Iulianus vbi adcepit de morte Cõſtãtii, citiſſime petiit Cõſtãtino poli: corpus pñcipis cõditũ ĩ loculo Iuuiãus: q poſt Impauit: domeſticoꝝ protector cũ regia pompa Cõſtantinopolim perduxit: & ſepulchro maioꝝ ĩtulit: ĩ terq; diuos relatus eſt: ꝓpe finẽ vitæ ſepalã adcuſare ſolebat qd' occiſor ſuoꝝ fuerit. Quod Iulianũ Cæſarẽ feciſſet: & qd' ĩ noua credulitate numinũ eſſet. Natura debilis ad cohitũ fuiſſe traditur: ĩ victu parciſſimus lata lege vetuit phaſianũ & ſumẽ cõuiuiis inferri nũq̃ ſpuiſſe memoratur. In iudiciis iuſtus & moderatur ſi ſecretiores cõſultores nõ habuiſſet: ad irã tardus bellis ciuilibus fortunatus: Perſis ſemper infelix. Sarmaticis varius: bis Sarmatici cognomẽ inſcripſit. Nã cũ Sarmatis Dacis & Quadis federa feriret: & in ſuo geſtu orationẽ haberet: Barbaris male audientibus quod ad hoc opus adſueti nõ erant vnus e Quadis ſeceſſit & ſtercore alterum e calceis repleuit: ſub veſte tulit: & propius adcedens in vultum concionãtis ꝓiecit. Id dedecus mereri puto q inter ruſticos aut phi

loſophari aut rhetorice loqui volũt. In fide ſemper fa uit Arrianis: quo℞ cauſa Synodum habendã præce= pit. Statuta eſt conuẽtus dies: Imperator ĩdignatus erat: quod mãdauerat Alexandro epiſcopo nouæ Ro mæ vt in cõmunionẽ exciperet Arrium: cum tota fa= ctiõe & Alexãder negauerat qui proſtratus orabat ne ſineret deus a ꝑnitioſo lupo ſuũ ouile corrumpi. Tẽ= pus adpetit Arrius cũ argumẽtoſis ſillogiſmis ingreſ ſus eſt fauente Euſebio Eunucho: & ĩ initio: priuſquã pudẽdũ os ſolueret: correptus Ciriaco dolore ſeceſſit vt onus vẽtris deponeret: & cũ niteretur vi expellere vna cum ſtercore animã omiſit: hũc finẽ meruit homo Perfidus: ac malignus: qui venenum ĩ vrbe dei latius ſeuit aconito vehemẽtius: vnde geniti in fide Saluato ris ignes in extinguibiles: quibus Aſia Aphrica & bo na pars Europæ fidelibus & iuxta credẽtibus ereptæ ſũt præfuit Alexãder An. XXIII: Succeſſit Paullus homo iuſtus: quẽ Cõſtãtius cõſilio Euſebii Eunuchi ſubmouit: & ĩ eius locũ ſubrogauit Euſebiũ epiſcopũ Nicomedienſem militẽ Arrii Paullus ad vrbẽ Ro. ſe cõtulit: petiitq; ab epiſcopi Ro. auctoritate reſtitui in ſuam dignitatẽ: & quoniã vitæ ſctitas merebatur ab Iulio Pont. in ſedem reſtitutus ẽ. Cõſtantius ĩdigna= tus hominẽ exilio prius mulctauit: deĩde minime cõ= tentus ĩterfici iuſſit. Qua de re Heretico Arriano ſuc ceſſit Macedonius Arrius. Hoc in loco digredi nõ in

eptum putemus vt ſcilicet oſtēdamus epiſcopū Ro-manū caput catholicæ fidei ſemper fuiſſe: Roma ipſa terrarum dea & gētium regina poſcere videtur dei ſe des & imperii generis humani. Sed vbi noua Roma præſentibus Auguſtis lacertos extulit: abſentia prīci pum noſtra Roma paululum inminuta: vtraqꝫ tamē vrbe principatū ſibi vindicante. Neſcio quo fato præ fectis obtēperauimus: & aliquando Auguſtulis: & ſe penumero regibus Gothoꝝ. Itaqꝫ ꝑ ea tēpora epiſco palem maieſtatē nutibus īperatoꝝ Cōſtantinopolis ſibi vſurpauit Nos vero nō ceſſimus: ſed paſſi fuimus ne ira prīcipum obeſſet: qui vrbis ſacratiſſimæ digni-tem Barbororum prædæ reliquerant. Res nō potuit diu differri. Phocas īperator totius maieſtatis decus iniuria ablatū reſtituit: & publico decreto ſanxit. Nā plæriqꝫ epiſcopi Cōſtantinopolitani male vſi auctori tate prauis opiniōibus fidei ſimplicitatē turbauerāt. Romani vero pōtifices ſēper habiti Orthodoxi & iu ſtiſſimi: vt ipſi Græci ī hiſtoriis tradiderūt. Epiſcopus igitur Romanus: & diuino iuſſu: & humanæ rationis vinculo: generis humani parēs & prīceps eſt Nā illud perpetuo manſurū quis dubitat. Tu es Petrus & ſuꝑ hanc petrā edificabo eccleſiā meā: Cōſtantius eques optimus & certus iaculator: eloquēs: & carminibꝰ cō ponendis aptus: quod fuit ī ſuos ferus non caruit exē plis: qđ ſic feciſſet: Callicula: Domitianus: & Cōmo-

dus:&.F.Seueri Antoninus:in cæteros vt Gallienus:
qui tormẽtis adigebat homines fateri quod vellet:In
Gallis & Pannoniis triumphales arcus erexit:magno
prouincialium diſpendio.

FL.CL:IVLIANVS Natus eſt Cõſtantinopolim
patre Cõſtantio Conſtantini fratre matre Baſilina:no
biliſſima fæmina forma liberali:ingenioq́ ad litteras:
& ad arma ſatis adcomodato. Mater grauida ſomnia-
uit ſe pariturã Achillẽ:excitata marito narrauit:pe-
peritanteq̃ pariãdi tẽpus ſentiret:hinc parentibus bo
na ſpes de filio fuit :datuſq́ eſt & initiandus & erudiẽ-
dus Euſebio epiſcopo Nicomediæ:primo bonæ ido-
lis puer adparuit. Vtinã non habuiſſet therorẽ Liba-
nium:ab quo ita inſtitutus eſt:vt præter miſſa veritaſ-
tis cognitione:puerilem animum ad antiquorum cre
dulitatem flexerit. Itaq́ ſub illo imitatus ẽ Mercuriũ
præponens cunctis. Non caruit tamen in cæteris lau
de ſimilis exiſtimatus Tito:vt frater Gallus Domitia
no:bello℞ ſucceſſibus cõparatus Traiano:res ei fuit
cum ferocibus Germano℞ populis:vt Traiano cõti
git:non dum prĩcipi:clemẽtia Antonino. moderatio
ne M.Aurelio litterarum ſtudio magnis philoſophis
Cũq́ hiis adſuetus ſoporifere quieti multũ detrahẽs
inſomnes noctes aliquando: cum vtilitas rei.p.poſce
ret:ducebat:& muſis vigilias impendebat:nulloq́ ad
hibito remedio minimo ſtrepitu excitabatur Philoſo

pho veniẽti ſtatim occurrebat:ne ab litteratis ruſtici=
tatis reus citaretur:memoria plurimum valuit:in re=
bus gerendis optimos imitabatur principes. In re Ve
nerea citra omnem ſuſpitionem vixit:modeſta libera
litate ſẽper vſus:Eunuchis & Pantomimis & Mario=
nibus nichil unq̃ largitus Illud ĩcredibile dictu poſtq̃
ſolus imperauit hoſtes populi Romani intra ſuos ter
minos ſe continuerunt:& in laudes noui principis ad
cendebantur. Reſtabãt profligãdi & domãdi Perſæ.
Itaq; cum ingenti adparatu egreſſus Cõſtantinopoli
tranſmiſſo Boſphoro:a Calcedone Nicomediam pro
ceſſit:quæ olim regia & ampla vrbs edificiorum ſum
ptibus terremotu conruat ĩmemor quod illic educa=
tus erat ĩgemuit:per Bithynnos Gallogreciã venit:&
ĩ de Antiochiã Orontis petiit:oriẽtis apicem:& cum
loci ſitus omnes aduoluptatẽ inuiter princeps ibi ſua=
pte natura cõtinentiſſimus fuit. Ex eius ĩperãdi ordi=
ne iuſtitia e cœlo ad mortales rediit. Iulianus quartũ
iniit cõſulatum abſcito Salluſtio cõlega:quem præfe=
cerat Galliis præfectum:cũ ver adpeteret Hieropoli
venit:hic ĩ Meſopotamiã ſigna cõmouit:poſt ꝑuenit
Cercuſiũ:fere inſtar inſulæ inter Euphratẽ & Xabore
ctorã amnes poſitũ ẽ:qd̃ Diocletianus menibus ãpli
ficatũ excelſis turribus circũdedit. Hic morãti adlatæ
ſunt ab Salluſtio lr̃æ vt expeditionẽ ĩ Perſas differret
& diis vetãtibus cædere. Sed ꝗs fato repugnat: tranſ=

greſſus flumē pontē auelli iubet: Zaitamq̨ ventū eſt: vbi Gordianū imperatorem exercitus tumulo ītulit: quē Licinius hoſtis bonorū euertit. Iulianus vbi ho= ſtes ꝓpere adeſſe intellexit: concionē habuit: adferēs maiorū nroꝝ exempla initium faciens Ventidio vſq̨ ad Maximianū quod fere oēs rediere Laureati præter Gordianū & Carū. Ille īſidiis mortaliū hic ira deoꝝ ſublatus: hoſtes a ꝑlio abſtinuerunt. Ipſe apd' Aſſyriā depopulatus vrbis oppida parti vi cæpit plæreq̨ de ditionē fecere: victorq̨ cum ingēti gloria. profligato exercitu hoſtili: vſq̨ Ctheſiphontē ꝑuenit. Caſtra ali quandiu illic habuit cum exercitu ſatis lecto: dum re= meat facē ſereno vidit celo' Aruſpices Etruſci vetabāt quidq̄ tentandum: quia ſignum erat infelix. Iulianus & hoc contempſit vt ante Salluſti monitus. Poſtq̄ ilu xit caſtra mouit: Perſæ ſæpius adflicti terga inuadunt & priuſq̄ laborantibus ſubueniretur hoſtilis ex īpro= uiſo Globus ī Catapharactos inruit. Sic mos Partho rū vt cōfuſos cædāt: dūq̨ iperator cautius ſeſe infert vulnus excipit: Emiſſa haſta īcerti militis tranſmiſſo bracchio & coſtis heſit fibræ iecinoris: dū auellere co= naretur ſcidit digitorum neruulos: prolapſus ī ceruī= cem equi veloci curſu ī caſtra relatus eſt: Adhibita fo menta paululum dolorē leniuere: poſcit Equū & ar= ma vt prælium reuiſat cum ſpiritus deficeret cōcionē habuit: diſſeruitq̨ mortē eſſe ſummū præmiū. Petiit

+ aſteuara vanitas, et famę ſitis.

inde quid ageret Anatolius: Saluſtius reſpōdit: Btē
degere. Ingemuit amici caſum quod interfectus eſſet:
circunſtantes, qui dolore conciti deflebant. ſua aucto
ritate caſtigauit. Turpe quidē principē ſyderibus con
ciliatum lugere: ide cum philoſophis ſermo ei fuit de
īmortalitate anime: epotaq; frigida aqua vita ſolutus
eſt: annū agens alterum &. XXX: ante. VI. kal. Iulii.
in ſuburbana villa Agritharſenſis Iulianus ſepultus ē
& ī diuos relatus: ſucceſſor ſi vixiſſet decreuerat nobi=
le ſepulchrū. Homo ſtatura exigua & gracili maieſta=
te cōſpicuus inter veteres Heroas cōnumerādus: am
pliando imperio: & rei. p, gubernandæ ſatis idoneus:
ſi fata cōmiſiſſent: ore & manu: vt inquit ille: cōſultor
patriæ imperauit ſolus An. I. Menſ VII. ab eo quod
Cæſar fuit An. VI. I corpus: Procopius Tharſū vſq;
perduxit & tumulo dedit. Inde abiit & nuſq̄ niſi ex ī=
prouiſo Cōſtātinopolī purpuratus adparuit. Mirū
creditu Barbaræ nationes eū plurimū diligebāt: a mi
litibus adeo obſeruatus vt in creādo nouo prīcipe Iu
nianū legerint: ab vocis ſimilitudine vna littera imu=
tata. Memoria & liberalitate clarus tributa parcius
exigēda mādauit licet ſint qui nolint gloriæ cupidius
appetens: & cū chriſtianos nimis inſectaretur ſāguine
tamē abſtinuit: hoſtes morte nr̄i principis elati: & cir=
cūfuſi caſtra quæ ſpatium. III. mil. paſ. complebant:
diſperdere querebant. Romanis vero cōtrouerſia fuit

in eligēdo. Conſtantiani Abilum præponebant. Proceres Gallorum Saluſtiū: qui propterea quod ſenex & valitudinarius eſſet recuſauit: dūq; mora fieret ob certamen clamātibus militibus maturandum eſſe Iuuianus elegitur domoſticorum primus.

VARRONIANVS Comes ordinū agri Indigonēſis incola in Pānonia liberos vtriuſq; ſexus cū plures ſubſtuliſſet: merore anxius: ut q ſine prole eſſet: admonitus eſt ꝑ nocturnā quietē vti filiū. q naſceretur: Iuuianū vocaret fore vt viueret & ad purpurā ventu rus eēt. Itaq; editū filiū Iuuianū adpellauit: ꝓcæptoribus cū ætas poſceret: erudiēdū dedit: nō paꝝ liberalibus artibus ꝓfecit. Ingenio valde ad oēs diſciplinas ꝓmp to. Pr̄ militia clarus notiſſimus erat: & iā Emeritus ſeceſſerat ī auitos agros vt quieſceret & agricolationi incūbere.

## IVVIANVS

IVVIANVS Electus eſt prīceps: & ſtatim Anteſignani Iuuianū clamauerūt: qui in medio q; poſtremi erāt opinati Iulianū reuixiſſe: īgenti letitia effugi choreas ducebāt: cū nouus Imp. purpuratus caſtra comitātibus primoribus circuiret: & cōſpectus eſſet ab ignaris hō īcuruus: ſtatura ꝓcera: ſtatī lachryme obortæ ſūt auſpiciū haud felix ꝓſētis īperii Reductus ī tētoriū de īminēti ꝑiculo ſermonē fecit adhibitis tribunis & comitibus. Inſtabat totus exercitus deduci Meſopotamiā hoſtes a tergo territabāt q̄uis ſēp victi

Fames in caſtris erat: & reꝝ penuria: & q̃uis noſter ex
ercitus victor eſſet reꝝ difficultatibus: & recẽti cæde
ducis tīebat adeo vt ſi hoſtis īruiſſet magnā ītuliſſet
cladē: cæptū ē cōſilio iter. Inſtitere hoſtes cū elephā=
tis: ꝗ graui nidore terruere equos: opē ferētibꝫ Iouiis
& Herculiis: Gallis reſtiterūt Beluis: Vbi Carras vē=
tū eſt īfelicitate Craſſi nobis tāta trepidatio nō fuit.
Hic durā oppidū hoc ī q̄driduū cōſūptū ē: hic miles
cū abiret ꝑuenit ad Tygridē iam auctū cæleſtibꝫ aq̄s
Mætus erat trāſire: Galli adſueti fluenta ꝑfrigere: igē
ti aīo ingreſſi: ad alterā ripā ꝑueniūt: ibiqꝫ hoſtes ob=
ſeruātes ripas obtrūcāt. illos ſecuta ē cætera turba Ad
hæc venere oratores a Perſis Surenas nomē ē dignita
tis poſt regiā: & alii ꝓceres offerētes cōditiōes pacis
ſi nō eq̄s: attn̄ neceſſarias cōſultauerīt cū Imp. priates
ictūqꝫ ē fedus nō ſine calamitate Ro. imꝑii: Prouīciæ
q̄nqꝫ Trāſtygritane: q̄s victor Galerius Maxianus ad
cæꝑat: reſtitute ſūt. Aſarzamena: Mazena: Zabdice=
na: Rhegmena: Carduena: tradita & Sigarena & Ni=
ſidis: & ꝑs Meſopotami: nō tradita tn̄ ē. Ctheſiphō &
ita fines veteres īnouati nō ſine magno īperii diſpēdio
adceſſit maior ignominia Vetitus ē po. R. Arſaci regi
Armeniæ amico ac fido auxiliū cōtra ꝑſas ferre. ꝙ nū
q̄ ātea ad hoc coactus ē viſaqꝫ libertas victriciū armo=
rū cōruiſſe. Ictū ē ignobile fedus ad an. xxx. & religio
ſo ritu vtriuſqꝫ gētis cōfirmatū. Exercitus ide i tutū ꝑ

ductus ē. Iuuianus cū peruēit ad locū Dadaſtana vocāt q diuidit Bithynnos a Galathis: abſiduo labore lōgi itineris aut recēti tectorio: poſitis ibi prunis mortuus ē. Sūt q ſcribūt icidiſſe i morbū ex varietate ferculorū qbꝫ repletū corpus: q pauidiſſime illic ſumebat: cō quo qre nō potuit: & cruditate piiſſe vixit an. xxxiii ē ipauit mēſis. VII. a Valētiniano i diuos relatus eſt.

## FL. VAL. VALENTINIANVS AVG.

POST Iuuiani mortem exercitus Niceæ: q̄ vrbs caput eſt Bithynniæ Valentinianū Gratiani filiū Imp. elegit. Nā L. Equitius: qui Illurico præreat: quoniā abſens pteritus ē. Auguſtus Cæſ. Valentē fratrē Tribunū Stabuli fecit. Poſt Paulo Cōſtantinopolim cū ueniſſet: & in ſuburbanum cōceſſiſſet: cōſenſu omniū ipſū Valentem Conſortem imperii & Aug. pronunctiauit. Præerat eo tpe Romæ Rufus Turcius Apronianus litteris & reip. moderādis Habenis vir clarus & inluſtris: Procopius: qui genus ſuum ad Conſtantinum referebat: & paucis ſuffragationibus purpuram induerat: pænas cæpti motus dedit. Porro Valens Gothos: qui Procopio auxilia miſerant: victos Thracia exegit: & Victor Magiſter Eqꝫ Atalarichum regē Gruitugrorꝫ: bellicoſa gens eſt: vertit in fugā: & pacē dedit. Interea Valētianus Saxonas oceani adcolas iter inuias paludes domuit: Alemannos adtriuit: & Victor ad oceanum peruenit. Deinde in febrē inci=

dit:qua liberatus pro cōcione exercitu adſentiētī alterum ex filiis Gratianum:inſignibus ornatum:appellauit Auguſtū:ſtatiq; expoſtulatus publicaꝝ reꝝ admonuit:& vrbi Romæ pfecit Orphitū: Picti & Scoti Germaniæ gentes Brittanniā inuadūt:illi Caledonios & Veturionas occupāt:hii depopulantur inſulā Sarmatæ præſidem:quē Romanus Imperator dederat expulerūt:Parthi ſuo cōſilo qui Armeniam inruperāt:occurrēte Arintheo legato:abierūt. Sic ꝓuicia liberata eſt. Alia via Sopores res Perſarū rupto fœdere nos tētauit:Cthesiphontē cæpit:ibiq; hiemauit:& Valens Anthiochiæ ad Aquilonē i qeta rebellat Germania. Eo miſſus cū exercitu Theodoſius primus magiſter Eq; cuius proſperi ſucceſſus ſimiles ferebantur actis. L. Domitii Corbulonis ī Armenia ſub Nerone &. L. Veturini ſub Traiano. Valētinianus exacta treueris hieme Gallias reuertitur:& poſt paulo dū itentus audit legatos Quadorum. qui latrocinia excuſabāt:ſubita ira adcēſus icidit i morbū:quo areſcētibus venis cū nil ſāguinis emitti poſſet mortē obiit. Imperauit An. XI. Mēſis: VIII. D. XX. Interea Vnni:ſeu Alani:qui ſūt Tartari & Nomades Scythæ:qui lōge antea a regione Trāſ Tanaim venerāt:ſuperato Iſtro qui limes erat:vagi Pannonias Epirūq; & Theſſaliā: direptis & incenſis aliquot vrbibus:grauiter vaſtauerunt. Maiores noſtri viri boni nō ambitioſi nō contē

tioſi:ſine auaritia:ac luxu Scythas irruētes ſæpius rep pulerunt. At vero cū opes ī prætio fuere:& mēſæ ma gnis ſumptibus paratę:& maior cibi cōdiēdi q̄ virtu= tis cura:Scythis bellatoribus ceſſimus:grauia vulne ra ꝑpeſſi ſumus. Imꝑatores duo Decius pater ac fili= us:non ſine magna ſtrage:cū Scythis congrediētes vi= cti cecidere:at poſt Valens ꝓpere ex Antiochia adci= tus tantam peſtē auertere nō potuit:Sed magna cla= de victus terga dedit:& in fuga vulneratus decidit ex equo:adceptuſq; eſt in vile tuguriū:inter fomenta ex pirauit Victor Halanus cū ꝑſequeretur locū armatus ſepſit:& quia capere primo impetu nō potuit.inſcius quod illic Imperator eſſet ignem iiecit & abſumpſit. Hic fuit Velētis finis:qui modo terror oriētis erat bo reali incedio fomentū præbuit:Vnni Halaniq; & Go thi vitricibus ſignis Conſtantinopolim obſident:per ſolutaq; ingēti vi pecuniæ ab dominica Aug. Vxore Valētis cepta reliquerūt: Dū hæc infeliciter ad Aqui lonem geruntur:Theodoſius pater eius qui poſtea ī= perauit Theodoſii:In Aphrica firmū noua molien= tem ꝑlio vicit ac cepit. Et Gratianus Treueriis agēs fratrem ſuum Valentinianum Iuſtina matre editum cōſulente Marobaude Tribuno titulo Cæſaris Aug. Conſortem imperii fecit. Ipſum vero Gratianū ocio= ſum:dum ſuos negligit:& habitu ac moribus Halanis quos ſibi poſt obitum patrui cōciliauerat:placere ſtu

det Maximus ab exercitu noſtro dux electus ex ĩpro uiſo adoritur:& in Italiam tranſire properantem do= lo circumueĩt:& occidit:& ab eodem Iunior Valenti nianus Italia exactus ad Theodoſiũ:qui ĩ oriente res gerebat conceſſit:a quo liberaliter exceptus eſt:

THEODOSIVS.

THEODOSIVS Qui ſex ãte ãnos a Gratiano: vt oriẽti præeſſet:Olymbrio & Auſonio coſ. Auguſtus pronũctiatus erat:bello ciuili cõmotus victricibus ſi gnis aquileã per inuias alpis raptim contendit:Maxi mũ ibi ſecure degentẽ vi cæpit:& occidit:ſtatimq; An dragaſius præfectus claſſis:& ſocius Maximi :certior de cæde factus in mare ſe præcipientẽ dedit. Valenti nianus ĩ occidentis regnum reſtitutus ab Italia ĩ Gal lias profectus eſt:& dum Vienne negligentius mora= retur:frande Arbogaſti:Halanorũ præfecti:noctu in cubiculo ſtrangulatus: creditus ſubita aut volũtaria morte obiſſe. Sic iteriit Gratiano ꝓ ꝑles:ſatiſq; fauẽti cælo viſum ẽ vno velut curſu quattuor eã numeraſſe Auguſtos:ĩter quos tertius parũ bellicoſus:nõ Auo: non patri ſimilis:Romæ cũ a palatio adhortos Sallu= ſtianos ſecederet:dicebat ſe cõfeciſſe Parthicam expe ditionem. Extincto etiam ĩ Galliis victore:quem pa= ter Maximus:vbi copiis ꝑfecerat:illa orbis pars mi= nime quicuit. Arbogaſtus enĩ occulta iuuenis morte Eugeniũ imperatorẽ cũ excercitu facit:hac ſcilicet via

ſub titulo illius occidentis regnum iuadere ſtudebat multis milibus coadunatis de ſumma rex cũ Theo=doſio confligere ſtatuit. Dux noſter inuictus: deo ho=minibuſq; adceptus. Cum Honorio filio ingenti ani mo opus adgreſſus: hoſtilia arma: pugnantibus etiã pro eo ventis: qui ſponte carceris collii cædente obice eruperant: profupit atq; deleuit Eugenius captus pe nas luit. Arbogaſtus vt cruciatib9 ſe eximeret ſua ma=nu vſus occubuit. Victor ingenti gloria potitus am=pliſſimo triũpho liberati orbis: ſubactis vndiq; domi tiſq; Tyramnis: adminiſtrationi rei. p. animũ adiecit: Filios Honoriũ & Arcadium: quos ex Flaccilla ſuſce perat: Conſortes fecit imperii: & quia nõ dũ ætas ma tura Imperio erat ductores legit q adeſſent: teſtamẽ=toq; ſanxit. Rufinum Arcadio adiungit: & Honorio Stiliconem. Ipſe iterea Mediolani morbo abſũptus Olymbrio iterũ & Primo coſ. Imperauit An. XVII. genus a Traiano ducere ſe iactabat: nec ab re. Nã mo ribus & vultu & ſucceſſu rex ſimilis fuit. Ille labẽtẽ rem. p. in priſtinas vires reſtituit. Sub hoc imperium Ro. quod occio & negligentia trium principum cõſe nuerat diſſenſione partium dilaceratũ: velut reiuue=neſcens lacertos mouit. Ille pacata Europa ad Indos vſq; arma ĩtulit. Hic prius auſpiciis atq; armis pater=nis adſerta Lybia: adtrita bellicoſa Germanorx gente dataq; ſua virtute toto oriẽti pace: poſtremo ſubactis

ardẽtiſſimis Gallis: nõ amiſſa Brittãnia parenti gen- tiũ vrbi Italiæ ſuæ victrices Aquilas reportauit: ſubq; eo fortunæ ſimulachrũ nuſq̃ ꝑtoriũ mutauit: Arcadi- us igitur Cõſtãtinopoli: Honorius Romæ imperat. Sed qs aĩorũ receſſus intueri poteſt. Veterẽ fidẽ & sã- ctiſſimũ legati ius cupido regnãdi violauit. Prior Ru finus clã miſſis muneribus Alarico Gothoꝝ regi ca pere arma cõtra Arcadium perſuadet: vt ſub eo metu diadema orientis capiti ſuo imponeret. Re itellecta a militibus Italicis ꝑnitioſus tutor occiſus ẽ. Caput cũ dextera præciſũ ante ipſas Cõſtãtinopolis portas pe pendit: ac ſpectantibus ludibrio fuit. Caianus Rufini imitator auxilio Gothoꝝ fretus bellum ciuile mouit Adriſit ei primo prælio fortuna. poſt nauali ĩter Hel leſpontum & Cherõneſſum victus: dũ fugit: captus eſt. Caput eius Pilo ſuffixũ Cõſtãtinopoli ſpecttacu lo fuit. Arcadiꝰ cũ regnaſſet Aut Paulominus. xiii. de ceſſit: Baſſo & Philippo coſ. relicto filio Theodoſio quẽ ãtea Cæſarẽ fecerat. Cui ex mr̃e Eudoxa & Augu ſto patre tres ſorores erant: Flaccilla. Martina & Pul cheria: quæ virginitatẽ perpetuo ſeruauit: ſumma bo nitate ĩtegritateq; & ſanctitate religionis obſeruãtiſſi ma cultrix Virgini deipare nobile templũ ædificauit Blachernis in quo incluſas argenteo tabernaculo præ cioſas Mariæ veſtes: quas e Paleſtina ſuis manibus tu lit ſumma cum Veneratione poſuit. Eudoxa ante viri

obitum tribus annis.morbo ſoluta ē Henorio:IIII. & Eutitiano coſ Gildo regnum Aphricæ adeptus Moſcezelis fris filios enecat. Is Italiam nauigauit ab Honorio copias adcæpit. Mirũ dictu cum quiq̃ milibus pugnatorũ fraternas copias deleuit: ipſiuſq̃ Gildonis a fuga tracti velo gulã:quibus mãdatũ eſt fregere. Hoc modo Maſcezel. cædē filiorũ victus eſt. Interea Stilico ſecretiore via filio regnum parat:Mariã Honorio nupturi dat: quæ cum ante nuptiarũ diem obiſſet Thermatiam filiam alteram deſpõdit:& hæc illius fatum virgo ſecuta eſt. Mœſtus parēs Eucherium filiũ Cæſarem viſere cupiens Sueuos Vuãdaloſq̃ & Alamannos:magna prædæ ſpe ſollicitauit. Ille preperãt: cũ rege Rhadagoſio numerus fuit. CC. miliũ Stiloco mætũ ſimulat. Hoſtis vrbis potiẽdæ cauſa in Italiã irũpit:occurſu noſtro & ſubito repellitur. In Etruſciã fugit:ibiq̃ victus eſt. Rex vero a fuga retractus & ĩ carcere ſtrangulatus eſt. Hoſtes deĩde qui ſuperfuerũt cũ ad ſolita loca ſe recepiſſent:eligẽdo duci intenti: Alaricum regē ſalutauere:qui ſtatim legatos ad Honoriũ miſit:qui agros ad habitãdũ peterent Gallia ab imperatore cõceſſa ē:Quo dum pergit:cum omni ſuppellectile fraude a Stilicone de ĩduſtria petitus: iter omiſit:Victores inuocans deos. Quod ius gẽtium violatum ſit:indignatus toto vt dicitur impetu cælo duce Romam contendit obſtupeſcentibus cũctis Quaiter

faciebat voto potitus eſt: Pauca ædificia incendit: nõ multa honuſtus præda ſexto die egreſſus ẽ captiuam abducẽs Placidiam: Magni Theodoſii filiam: quam in foro Cornelii Ataulpho propinquo ſuo vxorẽ dedit. Ex lectione hiſtoriarum illud compertũ habeo victoriam ſemper fore in ea parte quæ iure pugnat. Victores olim Galli poſt captam vrbem ſi a fæda Innocentium nobilium cæde abſtinuiſſent: cõſcendiſſe Capitolium Romanis minime ꝓfuiſſet. & Anſeris clangor. Maulium non excitaſſet. Capta ẽ vrbs Anno A V.C. Mileſimo. C.LXIIII Ignominia potiuſq̃ clades inlata eſt. Victor deinde Alaricus in Sciliam tranare naufragio vetitus dũ conſentiæ hiemat morbo interit. Milites metuẽtes ludibria effoſſi cadaueris Alueum Buſſenti amnis mutauerunt: excauatoq; Hipogeo regis tumulũ: cõgeſtis opibus: poſuerunt: & fluuium priſtino Alueo imiſerunt: & prepoſito copiis Ataulpho rege ad urbem diripiendam redeunt Dux vero Ataulphus moribus vxoris Placidiæ Lenitus fædus cum Romanis percutit: ibi indignati regem dolo ſubſtulerunt. Iamq; Stiliconis fraudes ĩ aperto erant Igitur cum filio Romæ in foro pacis occiſus eſt Etiam eius factionis plæriq; cecidere. Interea ĩ Brittãnia occiſo Gratiano Tyrãno Conſtantinus præficitur: ꝓpter nomẽ dũtaxat ad hoc dignus exiſtimatus. Is cũ exercitu in Gallias nauigauit: & Conſtantẽ filium Cæſa-

rem ab eo factum cum parte copiarũ ad occupandas Hiſpanias fruſtra miſit Cum hoc accepiſſet Honorius Conſtantium ĩgentis animi virũ ad liberãdãs Gallias proficiſci iubet: Qui Cõſtantinũ ad primos impetus cõpreſſit: & filius ſortẽ patris ſecutus a Gegontio Viẽnæ occiditur In cuius locũ exercitus homicida Cõſultore Maximũ legit: qui dum in Hiſpania exularet vrgente rerũ tenuitate periit. Extincti vndiq̃ in Galliis Hiſpaniiſq̃ & Labiſa ſurgentibus Tyramnis ſuaſione Cõſtãtii Placidia ad Honoriũ fratrẽ remittitur. Qua liberalitate Gothorũ rex Vuallis pacẽ ab Romano pricipe impetrauit. Porro Placidia iubente Honorio nupſit claro viro Conſtantio quem dux Cæſarem & Cõſortem imperii ſimul fecit. Ex quibus nuptiis Rauennæ. V. non. Quintilis natus puer eſt Valentinianus. Moma & Plinta coſſ. Magno poſt adparatu Honorius tricenalia celebrauit: que nouerat pro ĩperio liberãdo. Rurſus Scotorũ & Pictorum copiæ e Brittannia ab legionibus noſtris pelluntur: & ĩ Hiſpania res pro voto ſucceſſerunt. Poſt obitum Conſtantii Placidia cum filiis Valentiniano & Honoria iuſſu Auguſti pelluntur: & ab Theodoſio Arcadii filio: qui orienti præerat: hoſpitaliter excipiũtur. Poſt Paulo Honoriũ Febris inuaſit: qua deceſſit: rebus gerendis diſſimilis patri. Nã qui eius acta recenſentĩ quibuſdã magni Cõſtantini. F. Cõſtantiũ imitatum fuiſſe repe-

riunt. Imperauit An. XXXI: cum patre. II. cum fratre X. III: cũ fratris filio XVI. Theodoſius Iunior audita patrui morte Valẽtinianum Cæſarem fecit: & cũ matre Romam miſit. Aduentus ſatis oportunus fuit Nam Ioannem factione Caſtini Imperatorem factũ & Aphricã ſibi uindicantẽ nouus princeps oppreſſit Theodoſius Cõſtãtinopoli vicenalia ædidit ſe XVI. & Feſto coſ. Gẽſericus rex Vandalorum adcerſitus a Bonifatio: qui de Aphrica tenenda deſperauerat poſt multorum cædem Carthaginẽ occupauit: Ad Aquilonem Belba & Attila fratres Vnnorũ reges Illuricũ & Thraciam populationibus infeſtando Thermopylas vſq; occupauerũt. Omnia Theodoſius magna gloria tutatus eſt: & victor vota tricenalia ædidit: Sic erat imminentibus periculis cõſuetudo: vt ludi vouerẽtur quod triũphalia monimẽta ex marmore: ære argento auro: & indicant & teſtãtur: Sub ea figura votis XX: votis. XXX: Hoc ẽ vicenalibus & tricenalibus: quod etiam indicat Annos Imperii.

VALENTINIANVS In quo magna & nõ vana ſpes adſerendi occidẽtis erat adclamatione totius Italiæ Auguſtus ab Auguſto adpellatus eſt: Aeetius ductor Gottos in Gallia vicit: Borgundionũ regẽ adflixit: Sed in Aphrica fortuna nobis obfuit. Vandali ſub Genſerico Carthaginẽ ædibus fedauerunt: nec cõtẽti Siciliam inuadunt: Theodoſius fruſtra mouit arma:

Quoniam pro barbaris victoria ſtabat Qui in Brit=
tannia erant cum Scotorum & Pictorum rapinas
& impetus ferrte non poſſent. Anglorum regẽ Verti
gomarum ad opem ferendam popoſcerũt. Secus eue
nit: Angli inſulam ſuæ ditionis fecere. Sunt etiam hii
Saxonum Germanorum populi feroces atq; pugna=
ces: qui adhuc cum Scotis interiectis limitibus impe=
rant. Valentinianus Conſtantinopolim conceſſit: fi=
liam principis vxorem adcæpit. poſt nuptias Italiam
repetit. Mira res aliquod amnis quieuit oriens: exiſti
mo vt uires reſumeret: & fortius inſurgeret. Theodo
ſius velut longo imperii potentatu adflictus impera
uit. n. ãnos. XLVIII. Febre ſolutus ẽ: Attila toto po
titus Septemtrione orbis iperio inhians Gothos qui
in Gallia erant: ſocios adcerſit. Aeetius hæc longe ãte
præuidens miſſis legatis Theodoricum regẽ certo fæ
dere Romanis coniunxit. Conueniunt ducum copiæ
in Gallia. Hinc noſtri cum auxiliaribus: illinc Vnni.
Gepydæ: Sarmathæ: Scythæ: Sueui Quadi: Heruli
Vgri: fauentibus etiam regulis quibuſdam pugnatũ
eſt a mane ad veſperã vtrinq; acerrime: Nuſquã cum
maiore hoſtium numero cõgreſſi ſumus. nuſquã ma
ior cædes obſtinatione animorum. Nam pugne con=
tra Xerſem: & Perſarum cõtra Aegiptios fide carent.
Præliũ nox diremit: Ceciderũt ſupra. CC. milia for=
tiſſimorum hominum. Nemo loco ceſſit. uulnera ad

uerſo pectore infixa, nemo iudicium ferre potuit qui cadauera īſpexit: vtra pars ardētius pugnauerit. Agebatur enim de toto imperio: Barbari tan diu regnaſſe Romanos egre ferebant. Ro. illos totiens impulſos ac victos inſultare non patiebantur, Riuulus qui prope erat humano ſanguine auctus rapidiſſimi torrētis inſtar efluxit. Sed quāuis ſuperiores fuimus: non parua iactura fuit Theodorici cædes: quam eius filius Toriſmundus capite Attilæ rependiſſet: ni. Actius cōſuluiſſet ei expedire paternū regnū defendere: ueritus ne profligato Attila impetum in nos conuerteret sed ꝑnitioſum fuit conſilium. Attila enim reparatis in Pannonia viribus ſeuiore animo inuaſit Italiam: plæraſqꝫ vrbes diripuit. Iſtriæ, Venetiæqꝫ & Togate Gallie ac Inſubrium. Ad eum Leo Ponti. Maxi. legatus venit ſalutem Italæ perorans impetrauit. Reuerſus in Panoniam Attila dum in nouis nuptiis nimis vino idulget: & quieti ſe dediſſet ferocius ſtercendo mero repletum ſpiritū efflauit. Vitio laborauit Bonoſus īperator: qui cognium vini epotabat. Qua re cum pepēdit nō hominem pepēdiſſe ſed amphoram in prouerbio fuit. Veteres Græci Heroes vt plenius īgurgitarent. Quod hinc exiſtimabant lætitiā fore magnis cornibus epotabāt. Vnde ſcribit Atheneus cornutum pigi bacchum: ſatiuſqꝫ ē quod ſapientes viri mouent vino abſtinēdum: quod immoderate ſumptum ꝓ ueneno

eſt. Aeetius: vel maximi figmentis: vel iuſſu principis qui illius ſucceſſus metuebat: occiſus eſt: qua de re nõ longe poſt Romæ in Cãpo Martio Trãſtyla & Octyla milites Aeetii ipſum imperatorẽ confoderunt: conſilio vt ferunt Maximi. Quoniã ſtati adripuit ĩperiũ qui tertio poſt menſe a Populo Romano membratĩ cæſus. EVDOXA. Valentiniani vxor in vlctionem cædis viri Genſericum ex Aphrica adcerſũt: ille magno cum exercitu nauigauit: vrbẽ ingreſſus a rapinis nõ temperauit: vt cuiq; Libitum ẽ præda abacta: abducta & Eudoxa cũ duabus filiis: quarũ altera Traſimũdo Genſerici filio nupſit At milites auidi prædæ in Campaniam irrumpunt. Capuam euertũt: vrbis alias diripiunt: honuſti præda Lybiam repetunt.

## FL. VALERIVS. MARCIANVS.

DVM Hæc in occidente aguntur orienti præficitur Marcianus fauente ad ĩperiũ pulcherrima Arcadii filia cuius cõſilia nõ dũ patefacta Populo Theodoſii morte id factum eſt: Marcianus humili genere natus pria ſtipendia meruit in Lycia: cum egrotaret hoſpitalitate vſus cuiuſdã Tatiani & Iulii: Germani erant Poſtq̃ conualuit animo recreando venatum exiere: faſtiditi ardore ſolis ſub arbuſcula quieuerunt. Tatianus prior excitatus cõſpexit Aqlã ſupra caput Marciani in aere pendere: quæ panſis alis ſolis radios arcebat. Ille fratrẽ vt videret excitauit: vbi ſomnus abiit:

militi quæ viderant aperuerũt:regnũ ex ęo portendi
nunctiãtes. Igitur abeuntẽ viatico. CC. Argenteoꝝ
ꝓſecuti ſunt:hoc idem prodigiũ ei cõtigit ſub Aſpare
contra Vandalos militaret:captus cum cæteris capti
uis quieſcebat. Rex cupidus eos recẽſendi vidit Aqui
lam ſupra caput illius:per eiuſmodi imaginem a & ire
iuſſit:& ſi quando eueniret fædus cũ Vandalis iniret
orauit. Seu Aquila ſeu Vultur regnum portẽdit. Ta
lium prodigiorũ plenæ ſunt hiſtoriæ. Pulcherria i eli
gendo ceſare priceps Senis Marciani capiti diadema
impoſuit:& q̃uis ſatis cognitus ordinibus erat: boni
ac probati mores cũ principatu dignũ fecerunt. Ideo
magis expedit eligere q̃ ex hereditate mereri pricipẽ
Nouus imperator ſtatim pro Tatiano & fratre miſit
illum Conſtantinopoli. Hũc Iluricis præfecit:cũ Vã
dalis fædus percuſſit. Arma nũq̃ niſi prouocatus mo
uit Quietis amator Quietũ oriẽtem habuit. Dicere
ſolebat donec liceret in pace viuere non decere princi
pem ſumere arma. Romæ populus Ro.cum toto Se
natu Auitum Patricium imperatorẽ legit:ſed nõ diu
uixit:Marcianus cũ præfuiſſet Paullo amplius An.
VI. naturæ conceſſit:vt quidam tradunt: cõſpiratio=
ne Aſparis. Qua de cauſa. poſt creationem noui prin
cipis cum filius Aſparis: Qua de cauſa. Ardaburius
Cæſar eſſet a Leonte pronũciatus: populus patrem
interfecit cum filio.

# EL. VAL. LEON. PRIMVS.

Factiõe & ſuffragiis Aſparis Leõ dicitur Imperator & Auguſtus adpellatus: q poſt cædẽ Ardaburii Cæſaris nepotem ex filia Zenonis filium Leontem Cæſarem fecit. Quidam filium ſcribunt. Aſpar.n. ita conuenerat cum Leonte vt factus imperator: Ardaburiũ eius filium adoptaret. Quod Leon obſeruauit: populus vbi hæc nouit Ardaburium cum patre interemit. Anthemium Patricium Cæſarẽ pronunctiauit: Romãq; miſit: eiq; imperium occidẽtis tradidit. Quod Maiorianus mortuo auito ſibi vĩdicauerat. Is quarto anno necatus Dagalaipho & Seueriano coſ. Sed Rauẽnæ Seuerus imperiũ adripuit. Qui ſuperato Biorgo rege Alanorum Laureã meruit. III. Anno occubuit. Quidam tradunt Anthemium factum imperatorem poſt mortem Seueri. Vt cũq; res conuenit: nã ante Marcianum res cepta eſt: Anthemius cũ genero ſuo Rhicimere a Gothis oriundo diu certauit: & cum vtriuſq; copiæ paratæ eſſent: & p factiões diuiſa vrbs & Italia eſſet: Leon e Conſtantinopoli Olymbrium miſit purpura indutũ. qui viuenti Anthemio regnũ auferet rres non ita ſucceſſit. Quoniam Rhicimer ad Aelium põtem: ſuperatis auxiliaribus Gallis: cũ Blimere Anthemium gladio tranſfodit. Ciuium Ro. bona data ſunt prædæ: exhauſiſſet etiam viſcera ni Ciliacus dolor hominem extinxiſſet. Olymbrius ſine con=

trouerſia ſuccedens. VII. poſt mēſe deceſſit. Iā Baſiliſcus Genſericum redeuntem in Italiā prælio vicerat: Rauennæ exercitus Glicerium imperatorē ſalutat: Et a nepote: ſic erat illi nomē: Sororis filio regno pellitur Interea Baſiliſcus Zenonis; qui poſtea imperauit: gener ingenti gloria uictor magni nominis fuit Nepos ab Oreſte pulſus Salonis: nomen uillæ i agro Romano: cæſus eſt Oreſtē Odoacer Gothoꝝ rex ſuperauit: & Placentiæ miſſit: iuſſit īterfici. & Oreſte filiū Auguſtulū iam Romæ imperantē exilio dānauit Exulauit in Lucullano Campaniæ. Scribunt alii hūc ne caperetur a Gothis ſponte imperiū reliquiſſe: i eo ſanctiſſimū Auguſtorum cognomen memoratur. Et ſi Iuſtinianus poſtea iura vindicauit neminē purpura & diademate inſignitū: ipſe & alii qui ſecuti ſunt principes occidenti ꝓfecerūt. Gothi ab Auguſtulo ad Iuſtinianum regnum tenuere. Mira res: ne quod ītegrū maneret deficit cognomen Auguſtorum in vno cōſule Baſilio: cum conſulatus antea duos fuiſſet. Quod ſcilicet foce portēdit vrbis Ro. excidiū. Hæc ſūt Tite Arunti quæ tu ante aliquot ſæcula prædixiſti ex Romuli Vulturibus: vtrum cōfuſus fuiſſet numerus ne quis tutelam vinciēdo iacturā peroraret. Matheſeos peritus homo inuenit rem ſacerdotū vicio turbatam nec claui in pariete Mineruæ tā liquido cōſtitere: nec annales ſub titulo conſulū tenere numerū potuerūt.

Odoacer igitur Tyrãnus Romæ ĩ tota italia. XIIII. regñ. An. cogitauit de vrbe traſſerẽda: & noua Colonia deducenda: vt ab ſuo noĩe vrbẽ adpellaret Odoacriam. Primus exterarũ nationũ quietus per. X. An. poſſeſſor. Poſtea infelicẽ regno ac vitæ finẽ dedit. At Leoni ĩ oriẽte. XVI. præfuit An. Leon ſecũdus p̃fuit annũ: vterq; moꝝ nõ belli ſtudioſus. Eodẽ anno quo Roma capta ẽ Equeſtris Theodoſii magni ſtatua poſita in foro Tauri ſupra coclidẽ columnã ſpõte cõruit

## FL. VAL. ZENON.

ZENONEM Leon ſecundus ſua manu coronauit. Fuit Zenon ex Iſauris Ciliciæ humilibus parẽtibus natus humili & ĩcognita villa: nõ minus vultu q̃ moribus deformis: imperauit nõ vt Auguſtus: ſed vt Tyramnus: ſub eo Ilus: quid nõ audet fortuna e ſua gẽte mutilatus auribus: vna cum Leontio: ĩ oriẽte ciuilem motum fecere. Theodoricus rex Oſtrogothorũ mire a Zenone diligebatur: ab eo factus coſ. conlega Venãtii impetrauit ab Auguſto Italiã ſi Odoacrẽ ſupaſſet Cui Zenon adſenſus eſt: comẽdauitq; ei vrbẽ Romã populumq; Ro: Teheodoricus cũ exercitu per Iluricos Italiam petiit: occurrentẽ Odoacrẽ prælio vicit: & fugauit. Fugiens intra menia vrbis non admiſſus citiſſime Rauennam contendit: triennium ibi obſeſſus: tandem captus in cæna iuſſu victoris crudeliter excarnificatus victor ingenti lætitia ac plauſu ab obuio ſe=

natu populoq; Romano exceptus plurimumq; dilectus quod gratuita liberalitate caritatē annone fugauit: hoc ſcilicet imperii conſeruandi ſalubre fomētum multaq; ædificia vrbis inſtaurauit: & ſi ab ſanguine quorūdā ſenatorum abſtinuiſſet: nemo fuiſſet Theodorico adceptior. Anno. II. Zenonis imperii Baſiliſcus a ſorore: quæ Auguſta erat: quia iperator aberat: in regali ſolio poſitus. M. filium Cæſarem fecit: rediens e Syria Zenon ius ſuum repetens in Capadocia Baſiliſcum cum filio relegauit: qui Lemnis: nomen oppidi eſt: fame conſumpti ſunt. Præfuit Zenon An. XVII.

## FL. VAL. ANASTASIVS.

Anaſtaſius Diocorus magno cōſenſu priceps electus ſtatim donatiuum militibus dedit: legatos Indorum cū muneribus venientes placidiſſime audiuit: a mari ad Zelybriam longum murū duxit ne incurſiones Myſorum Bulgarorum & Scytharum cum fierēt obeſſe poſſent. Statuam Aeneam equeſtrē inauratam ſui nominis ac tituli ſupra columnā fori tauri poſuit. Laudabilius ſi illā Theodoſii magni reſtituiſſet. Athenodorus Tirānus in Cilicia penas luit: cuius caput Iſauricus miles veruto adfixū ante portas Tarſi tulit: ibiq; relictū aruit: Priſcus Antiochiæ quæ eſt ciliciæ longinum Selymantheū cæpit: & vinctū catenis ad Anaſtaſium miſit: Cuius iuſſu Niceæ Bithynniæ tāq̄ fera dilanitatus eſt: & Vnni nō cōtenti Armenorū ſpoliis

Capadociam vaſtauerunt:& vſqꝫ Licaoniam vrbes diripuerũt. Ad Aquilonã vero Vitalianus magiſter militiæ grauẽ fecit motum:& vt quieſceret nongẽta põdo auri ab imperatore accæpit: Getæ Macedoniam Teſſeliã Epirum diripuerũt:multos fecere captiuos pro quibus redimẽtis cum aurũ miſiſſet Anaſtaſius & non ſufficeret hoſtium votis: Barbari captiuos: aut in domibus ſuffocarũt:aut pro mẽtibus in conſpectu multitudinis trucidarunt Anaſtaſius vt credibile eſt: malo genio actus in diuinis præcepit non trinitatem ſed quaternitatem adorandã eſſe: huic ciuiles motus adeo creuere:vt niſi ſimulaſſet ſe mutaſſe mentẽ imperio priuatus dediſſet pænas:ſed cæleſtem irã quis uitat:ictus fulmine occidit. Marcellinus tamẽ tradit eũ natũ ſupra An. LXXX. ſubita morte occubuiſſet: Imp: An. XXXIII. Menſis II. D. XXIX.

## EL. VAL. IVSTINVS

IVSTINVS Thrax ſine imaginibus:ſine Tribu. vtroqꝫ parente ignobilis:a teneris annis ſuum cuſtos: deinde boum:poſt lignarii cuiuſdam miniſter: natus annos. XVI. militare cæpit manu prõptus:& doctus hoſtem ferire ſortem mutauit;priceps ordinis fuit: & hic promotus comes factus eſt. Mortuo Anaſtaſio ad eum Amãtius Spado libertus ſuperioris Aug. ditiſſimus venit:magna vim pecuniarum ſecum ferens:orauitqꝫ vt in toto exercitu ductoribus & militibus par=

tiretur: & ipſe adciperet quãtum vellet: ꝓmitteret donatiuum per ſingula capita: & longe maius q̃ priores fecerunt: ſi Theocritianum impetatorẽ legiſſent: pecunia ſatis integre ſoluta eſt: non ad votum Amãtii: ſed Iuſtini: quo pro ſe ſuffragia caute emit. Itaq; cum princeps eligeretur nemine diſcrepante Iuſtinus pronunciatus eſt: quem curruli adcæptum ſella diademate ornatũ adorauerunt omnes: Amantius & Theocritianus & Andreas miniſter a cubiculo inſidias principi parauerunt. Ea de cauſa emedio ſublati ſunt. In occidente Theodoricus. XXX. milia Gallorum ꝑlio occidit. Ioannem Pont: Max. Romæ carcere conſũpſit. Inde ſubita morte occubuit: regnũq; Atalarico ex filia nepoti tradidit: in oriẽte Iuſtinus ſororis ſuæ filium Iuſtinianum conſulem fecit cum Valerio conlega: qui conſulatus contra legem Martiani adeo inſignis fuit ludis atq; muneribus vt facile priores ſuperauerit. XX. Leones iubatos & .XXX: Pardos exibuit: aliaſq; innumerabiles feras. Itẽ gladiatores & ſcænas Circẽſeſq; & magna aurigarum premia: ĩ quibus vltima tantũ mappa a populo propter factiones denegata ẽ. Anno impii eius nono. kal. Aprilis. Iuſtinianum adoptauit conſortẽ imperii fecit: quarto poſt mẽſe deceſſit. Imperauit An. VIIII. Meñ. II. Martio conſule.

FL. VAL: IVSTINIANVS

IVSTINIANVS reparãdo ĩpio animũ admouit.

Iuſtinianꝰ

Perſas: qui trãſgreſſis limitibus Meſopotamiã Celeſyriã Syriãq; p̃dati ſũt: Beliſarius legatus ab Auguſto miſſus p̃lio fudit fugauitq;: Trãs Euphratẽ abire coegit. Veteres firmauit limites. Iura impii toto orieti adſeruit Cũ victoria redeũtẽ & aureo curru triũphãtẽ Iuſtinianus magna lætitia excepit. Ideq; dux triumpho iſignis: & rebus geſtis clarus: recuperata Aphrica Gelimerẽ Vãdalo℞ regẽ victũ catenis Cõſtãtinopolĩ miſit. Carthaginẽ Firmius q̃ ãtea reſtituit Triũphus maior ac prætioſior Perſico fuit præferebãtur puluinaria ornata auro ac gẽmis: Signa militaria: Tapetes: Menſæ: Pocula: Veſtes pretioſæ: pepla: regiaq; hæc ſuppellex diſticta auro: lapillis: & margaritis. VII. magna vaſa plena auro: & vaſa quædã e gẽmis. Quid gratius preberi oculis potuit q̃ captiuũ intueri regem cum vxore: & regia familia: cum ad cõſpectum imperatoris ventũ eſt: iuſſuſq; eſt rex adorare principem: ferunt eum pleno ore ſemp̃ riſiſſe. exiſtimabant ĩgẽti dolore p̃culſum mẽte captũ eſſe; illũq; dixiſſe ſe ridere fortunæ huãnæ viciſſitudines: vt quod modo rex fuiſſet iã ſeruiret: eadem ſẽtentia fuiſſe Aimilii Pauli memoratur. Cum poſt captum Perſen Macedoniæ regẽ dæ mutabilitate fortunæ: non ſine lachrimis diſſeruiſſet: conſul factus Beliſarius: que dignitas prima poſt imperatorem erat: e Sicilia ĩ Aphricã rediit: rebellãtes compreſſit. Soloniani præſidi partem iuictarum

copiarum reliquit. At vero in Italia Atalarico defun cto: qui regn̄. An. IIII. Suceſſit Theudatus: q̄ cū ſu ſpectus eſſet: ī loco: qui dicitur Quictus: tumultu mi litari occiſus eſt. Opinio fuit Virigitē: qui ſtatī regnū adcepit auctorē cædis fuiſſe. Viliſarius cū victore exer citu iuſſu principis in Italiā nauigauit. Neapolī reſi ſtentē vi cæpit: ſeuitūq; eſt ſine ſexus ætatis & ſacerdo tii diſcrimine Romā cū veniſſet pauidi Gothi Rauē nā ꝓfugerūt: Vitigitis coadunatis inumerabilibus co piis Romā cōtēdit: obſidet: nichil cū ꝓficeret ſuburba na oīa īcēdit. Ita beliſario acriter defēdēte vrbs nō cep ta ē. Poſt ānū vitigitis re īfecta Rauēnā reuerſus Dein de qđ vix credibile eſſet Beliſarius: cū parua manu cū tāta multitudine cōflixit. ꝓfligatoq; hoſte Vitigitem fugauit. Captus a Ioāne magiſtro militiæ Romā du ctus ē & idē A baliſario Conſtātinopolī. Iuſtinianus regii nominis memor ne ſine dignitate viueret Perſi co limiti ī ripa Euphratis hoīem ꝓpoſuit. Vbi ſequē tibus annis diem obiit: dum hæc in Italia geruntur. Gothi in Aphrica duce Gūdoricho rebellarūt Beliſa rius rē ſedauit cæſo auctore: qui dux erat Gothi Cir cumpadani Hildebrādū regem creant Cui poſt pau lo īterfecto ſubſtituitur Vatrius. qui vix annum præ fuit & cæſus eſt: eius locum adſētiētibus copiis adcæ pit. Badula cognominatus Totila. quo ductore Go thi populationibus & īcendiis totam Italiā infeſtam

reddiderunt Aueratium Pont. Auſinatum legatũ ad imperatorem miſere vt eis liceret vrbem & Italiam tenere: quemadmodum maiores eorum tenuerãt. Quibus eeſpondit Iuſtinianus res Italicas cõmiſiſſe Beliſario & Ioanni: cum illis agerent. Gothi intellexerũt ſibi armis decernendũ fore Itaqꝫ ſine ſpe veniæ ac pacis omnia rapinis cædibus ĩcendiis ruinis: antequam Beliſarius rediret: ingenti miſeratione fedarũt. Vrbẽ Ro. proditione Iſaurici militis. XVI. Kal. Iañ. porta Celimontana ingreſſi imperio potiti ſunt nec eo contenti bona diripiũt: Mænia bona ex parte ſolo equãt: domos aliquot igni abſumũt: Incolas omnis cuiuſqꝫ gradus atqꝫ ordis rex potiſſimũ Totila ab urbe abire præcepit: ducturus alio in loco Coloniã. Multitudo oĩs in propinquas vrbes ſe recæpit: ſine abitatoribus vrbs relicta eſt: mãſitqꝫ in ea ſolitudine amplius. XL. diebus. Hæc ſunt tua monimẽta parẽs Romule Hæc eſt illa æterna vrbs terrarum dea gẽtiũqꝫ Roma. Cui par eſt nichil & nichil ſecundũ: quæ vndiqꝫ victo pene orbe aduectos triũphos recæpit. Cuius imperiũ occidẽtis oceano: & Tranſtygritanis regnis terminatũ. Tu ne illa Roma ad quam quot ſunt ſub cælo gentes conuenire ius erat: quæ innumerabiles colonias emiſiſti. Sed iam ciuili inteſtinoqꝫ odio eo lapſa es: vt honorificentior habereris: ſi nomẽ tuum tantũmodo extaret. Quoniã diſſentione partium: & adſidua vaſta=

tione Romani agri. Ita a tuis præſertī dilaniata es: vt exactā vetere pomerio mutilatamq; in Campo vix conſiſtentem noſtra ætas non ſine lachrymis: cōſpiciat Auget præterea dolorem ꝙ qui præſunt licet velit ad iumentum tamen ferre nō poſſūt. Interea Beliſarius morbo liberatus ſilentio & ruinæ Squalidam vrbem & graui dolore depaſti incendii fetidam ingreſſus eſt. Ferunt incendiū ſurgentibus flāmis. XIII. dies emi=cuiſſe: Dux cautus mænia raptim reparauit: linguis & ruinis ciues redire iuſſit: quorum maior pars etiam non vocata reuerſa eſt. Sed non omnia ædificia in ci=neres ierant: quæ magno redeuntibus adiumēto fue=re. Verūtamē regiones tres: porta Capena: Fiſcina pu blica: & Aduentinus adeo cōſumpſit: vt neq; tūc neq; poſtea reſtitui potuerit: Totila adcæpto huius rei nū ctio cum infeſto exercitu ad euertandam vrbem rediit Sed repulſus Aimiliam petiit. Et ſi Beliſarius ꝑſecu=tus eſſet Gothicæ victoriæ laudem Narſeti ademiſſet Beliſariū a rebus italicis fama belli Gallici reuocauit. Germanus Patricius Auguſti patruelis cōtra Gothos miſſus in Iluria morbo occubuit: Itaq; Italicę expedi tioni præficitur. Narſes in Aphrica Artabanes Stozā Tyrannū prælio vicit ac cæpit dumq; ciſalpinæ Gal liæ Totilas auxiliū præſtat a Longobardis occiſus ē. Deinde Gothi audito Narſetis aduētu obſides Roma nos: quos & ſecum habebāt ad vnū interfecere omēs

Narſes deinde cũ Gothis magno ꝑlio cõflixit: & felici vſus victoria oẽs pene deleuit, etiã rex ipſe ne ſuperſtes dedecori eẽt gladio pugnãdo trãſfixus vna ĩteriit ob victoriã ludi editi: & in Circenſibus ex factiõe Praſinoꝝ & Venetoꝝ tanta ſeditio ex certamine orta eſt vt magnã fecerit cædem. Tale ſpectaculũ aurige prebent & inanis ſpectantiũ fauor nunq̃ quieſcit: ſic Ruſſati Albati Veneti & Praſini Mappas incirco querũt Sed vltima fere ſemper in ambiguo eſt ſic pro vili pãno miſerorum mortaliũ animi huc illuc diſtracti pendent. Princeps tandem adfectus morbo Iuſtinũ ex filia nepotem Cõſortẽ imperii fecit: caputq; diademate exornauit: fortunæq; fauentis ſignum in cubiculũ illius transferri iuſſit: ingraueſcente morbo nõ ſanus mente deceſſit. Imperauit An. XXXXIII. 43.

## FL. VAL. IVSTINVS. II.

IVSTINVS. Patre Ilurico matre Auguſti filia a teneris ãnis: nõ vt nepos: ſed vti filius in aula principis educatus: magno in honore habitus eſt. natura facili: & ad omnia deſteriore ab initio principatus orãte Sophia eius vxore Aes alienũ ſoluit: tãta libertate vſus aĩos ciuiũ ſimul & militũ coniunctiſſimos habuit. Cũ Perſis ſolutis ĩduciis pacẽ fecit. Narſes poſt Gothicã victoriã tenuit Italiã An. XVI. adcuſatus a qbuſdã ſediciosis ciuibus apud Iuſtinũ: quod nimis auſterus ac ſenus in iudiciis eſſet: per litterã ſe expurgauit: So

phia vt hominem irrideret ad eũ ſcripſit: vt ad penſa muliebre opus rediret Eunuchus enim erat. ille indignatus ſollicitauit Longobardos: qui i Pãnonia erãt quorũ auxilio delendis Gothis vſus fuerat: vti Italiã occuparẽt. Natio fuit Germanica: quæ ex Cimbrica Penninſula ad querẽdas ſedes profecta erat: & nõ ſtatim cæ[illegible] t arma: fere triennio poſt cum vxoribus: & liberis. & [illegible] ſuppellectile Italiam petierũt. Numerus fuit. CC. miliũ: ſub rege Albuino ſubactam ac domitam Italiam in potentatus diuiſere. Tenuerũt An CC. IIII: illo tẽpore Vgri Glacialis oceani adcolæ querendo ſedes Pannonias igreſſi ibi cõmorati ſunt: quam adhuc pacifice tenent: rebus bellicis ita clari: vt nulli ferociſſimarũ gentium cædant. Iuſtinus cum grauiter dolore pedũ laboraret obiit. Tibernis: quẽ ãte adoptauerat: ei ſucceſſit.

## TIBERIVS.

TIBERIO pax erat cum Longobardis q̃ ſe paratos fore ad omnia pricipis mãdata per legatos fuerãt polliciti: regem ſibi creauerunt Cephen: qui cũ a ſuorũ sãguine etiã nõ abſtineret in iſidias lapſus cædi meruit: quo cæſo Longobardi. XXX. duces legere: qui Italiã regerẽt: quæ a Samnitibus ad alpis p̃ter vrbẽ Romã & portũ dicionis eorũ erat. Tiberius i oriẽte Perſas ſæpe ꝓfligatos itra ſuos fines cõpulit: recepta Meſopotamia Lõgobardi: rupto cũ ipatore fædere. vrbẽ Ro.

graui obſidione premunt. Sed eos multitudo decedẽtium Hymbrium a mænibus reppulit. Qui exiſtimãtes ſacrũ quodam violari magno ſilentio eo animo cõceſſerunt amplius cum hoſtilibus armis non redituri Secuta eſt Hymbres longa ſiccitas: & inde caritate annonæ laboratũ eſt: Tiberius Mauricium generũ ſuũ adoptauit. Tiberii felicitas multi nomis fuiſſet ſi res in occidẽte vt i oriẽte ei ſucceſſiſſent: Imperauit An. VII. Mauricium generum ſuum Conſortem imperii fecit qui ſucceſſit.

## MAVRICIVS

MAVRICIVS gerendis rebus in initio felix Armenos & Perſas ꝑ legatos fudit. Mœſia Scythas reppulit. In Italia Longobardos repreſſit: Dei de auſpiciis Theodoſii filii ſui & Germani ſoceri victos vnnos Pãnoniiſq; exactos ad ſolitudies fugauit: & Chaganũ adflixit illoꝝ ducem. Romanus quidã Patricius nõ abnuente Auguſto cum Longobardis ſæpius pugnauit & victor primus Italiæ exarcus factus eſt. Felix ẽ qui victoriam adſecutus tẽperare ſe didicerit. Romanus Græciis mũdiciis nutritus ad delitias amnimũ flexit: ſimulq; ad rapinas. Mauricius vero vetuit: cuius mẽs quia pax erat: cumulandis theſauris adcẽſa finem nõ inueniebat. Ea de cã tenax factus ſtipẽdia aut rara aut nulla dabat: Factaq; contra eũ cõſpiratio eſt ab exercitu: qui Sarmatico limiti ꝓpoſitus erat. Cuius dux

Phocas. Rumor ad Auguſtum peruenit: q̃ Philippi
cũ generũ ſe adcerſiri iubet: cui aperuit. Quomodo
per nocturnã qetẽ bis terue admonitus erat vti cũ to
ta familia a phocate precaueret: Philippicus admirãs
dixit ſe noſcer̃ hoĩem q tale facinꝰ nõ audiret cũ nimis
timidus eẽt. Improboꝰ tñ pp id inqt Mauricius mihi
cauẽdũ ẽ. Nã q timidi ſũt Poſtq̃ ſcelera ĩeunt parcere
neſciũt: & ſæuius agũt: Cogitemꝰ igitur ne res euẽiat
tũ Philippicus liberalitate opus eſt. ea ſola milites ẽt
irati ſedãtur mauricius ſurdis auribꝰ audiebat aut cogi
tabat ĩferos pecunia placare ne adcipẽt admitterẽtq;
aut ne ꝓuatus vt ãtea ĩter notarios lateret. Notarius.
.n. fuerat: & ob diligentiã a Iuſtino ꝓfectus vigiliũ fa
ctus. Inde Tiberii gener: poſt Augu. longe auarius
ãtea oĩ negocia prĩcipis agebãtur: vt opinor ob facto
rũ neceſſitatẽ: cũ milites id ãplius ferre nõ poſſẽt ꝓſer
ti q cõtra ĩpetũ Scythaꝝ poſiti erãt: loco ſterili ac dif-
ficili & gelu horrido: cõiurauere ĩ caput Mauricii Sed
cũ ad opus vẽtũ ẽ Calcedonæ tota domus fere cũ prĩci
pe cæſa ẽ: qđ ei nõ cõtigiſſet ſi nõ fraudulaſſet milites
ſtipẽdio: ſi vt debebat vixiſſet. Ferũt. n. nihil eẽ ĩ eo qĩ
Auaricia pat auaricia deteſtabilius: fædũ crimẽ ẽ & parẽs oĩum
maloꝝ hic rapinæ hic cædes: hic dñandi cupido ortũ
habuere. Hæc ĩ ꝑtinacẽ cætera viꝝ ĩtegrũ ac ſãctũ mi
lites armauit: cõtra liberalitas Alexãdro magno ĩpiũ
ꝓpagauit. Vtinã Maurici aut Iuſtinũ aut ſocrũ tuum

imitari didiciſſes: ab illo Iuſtino æs alienũ ꝑſolutũẽ. hic Tiberius cũ vxore Anaſtaſia placido certamie idi gẽtibus largas opes dedit Sed tu uẽti facto cõcederes Theſauris ĩhiãdo gladio iugulũ præbuiſti. impauit Mauricius An. XX. PHOCAS.

Phocas ab ſcelerato exercitu cuius dux erat ĩpator le ctus ẽ: q pene Mauricii oblitus nec tãta cæde edoctuſ auariſſime tributa exigẽda mãdauit: tenatius priore auꝝ ſeruãs: ſecreto cũ ſuis aulicis Perſico more oĩa di ſpones &hi legatos audiebãt: iudicia pẽdebãt: magr̃a tus dabãt: quo ĩ eo q ĩpat miſerius & deterius nihil ẽ. Palatini. n. fumi grauiter ledere ſolẽt· Gratiores apđ eũ erãt q iexplebili rapacitate populos uexabãt Stipẽ dia nũq̃ negauit: q̃ tñ parciſſime dabat. Vnũ porro ſã xit qđ laudẽ meruit: hoc ẽ vrbẽ Romã totius ſalutaris vitæ caput eẽ. Cũ ãtea pp ſedẽ pricipis Cõſtãtinopo lis hr̃etur. Deſidia & ignauia ĩpatoris Romanoꝝ ho ſtes potẽtiores facti occidẽtis dioceſi Germanias cũ in ſulis: Gallias: Hiſpanias & bonã ꝑtẽ Italiæ Pãnoniaſ ꝗ & Meſiã abſtulerãt: & magnã ꝑtẽ Aphricæ Oriẽtis vero Iberos: Armẽias Arabas & hic Dardanos & Me diterranea Macedoniæ & Thraciæ Chãganus Thrax Vnnoꝝ rex mõ huc mõ illuc vndiꝗ diſcurrebat: Me ſopotamiã Aſſyriã Perſæ occupauerũ: Aegyptũt Sa raceni vaſtauerãt: ꝓ dedecus nr̃æ vires adeo defecerãt ꝑ luxũ ac libidinẽ vt ĩpiũ Ro. ſolo tãtũ noĩe cõſtaret. Ro. n. p. vĩdices nõ hẽbat: magnã ſpẽi ĩ initio prebuit nota

de ſe Phocas:qđ hõ militaris ſed oẽs fefellit opio. Ita q; ex omi pte reges ſoluti metu irruebãt:eoq; vẽtũ ẽ vt aut nomẽ iperii deleretur:aut Phocas occumberet Erat adceptus ĩpatori Priſcus Patritius genere Heraclonæ:huius filius Heraclius ꝓ ꝑtore Aphricã admĩſtrabat. Hii tres de ĩpatore occidẽdo cõiuratione inierũt. Heraclonas qa magiſter militiæ erat ĩ Thracia velut defẽſurus regionẽ:& ꝓpulſurus Barbaros exercitũ coegit. Heraclius ex Aphrica Cõſtã tinopolĩ venerat:ne pr̃ defectõis ſuſpitionẽ faceret. Cõueniũt ſtatuto tempore:fit de induſtria tumultus:dũ milites Prætoriani adcurrũt cõiurati pricipẽ obtrũcant. Milites primũ heracliũ Imp·Cæſ·Aug ꝓnũciãt. Populus deinde & ſenatus ingenti adclamatione ꝓbauit.

## HERACLIVS

Heraclii Sergius Cõſtãtinopolitanus Põt. caput diademate cixit:Eadẽq; die Fabiã Eudociã duxit vxorẽ ſimulq; & ſacratiſſimæ coronæ & nuptiaꝝ põpa celebrata ẽ:totũ oriẽtẽ vaſtauerãt Perſæ:& legiões ſepius reparatas ſæpius deleuerãt Hic Scythe & Auari Europã diripuerãt & Romanos milites ĩterfecerant paucissimi ĩ tot cædibus ſuperãt:ex hiis q militauerãt ſub Mauritio & Phocate:vix credideri qđ qdã ſcribũt duos tãtũ ſupfuiſſe. Ambignus erat Heraclius Europã ne an Aphricã vĩdicaret. Criſpũ Capadociæ præfecit Fedus cũ Chagano añ lõgũ murũ anaſtaſii pcuſſit:cũ lõgorbardis ſiduciæ nõ dũ exierãt aphrica firma pſidia

tuebãtur Itaq; tota mole ad oriẽtẽ liberãdũ cõuerſus ẽ: Priuſq̃ bellũ gereret legatos eis miſit ad Coſroẽ: vt a vaſtatõe vrbiũ & Romanoꝝ cæde ceſſaret: vtq; iã ſa tur hũane ſãguie rediret ĩ Perſida: deiñ fruſtra orauit ĩducias: ille cũ aius oĩa pdẽti erat bis legatos cõtẽpſit: tãdẽ ſpretis cõditionibus pacis ſuperbe & cõtumelio ſerñdit: ſe nũq̃ cũ Romanis qeturũ niſi poſtpoſita & abnegata Ieſu Nazareni crucifixi religiõe. mitrã hoc ſolẽ q vnicus ẽ deus: adoraret. Impator ĩdignatus de ſpata pace ex peditionẽ: quã cepat: parauit. Acrẽ delectũ vndiq; hñi iuſſit. Nouas legiões ſcripſit. Nã veteres occiderãt & priuſq̃ ad bellũ duceret exercuit: vt ſolet de Tironibus fieri: ad liberãdũ oriẽtẽ pgit. Coſroes factus de bello certior Paleſtinã Iudeãq; diripuit: Hieroſolymas poſt lõgã chriſtianorũ occidionẽ: exhauſtis oĩbus & oĩ ſuppellectine cõſuupſit Lignũ ſalutiferæ crucis vna cũ ſãctiſſimo vrbis epiſcopo ĩ auita regno ferri iuſſit. Oſtanẽ Satrapã cũ valido exercitu cõtra veniẽtẽ Heracliũ miſit. Res primũ leuibus p̃liis tẽtata ẽ. deiñ totis viribus pugnatũ ẽ Perſæ victi terga dedere. Cæſa ſũt hoſtiũ ſupra. xxx milia. Oſtanes fugit Saraces & Sarabaſſes duces cecidere nec tãta cæde victi ſumus. iãq; iterũ ac tertio victores deleto ac cæſo ſupplemẽto longe maiore cum duce Saie & Razarene in viſcera perſidis ſuperato Tygride penetrauimus Seuitumq; eſt: nõ mõ ĩ hoĩes verũ in vrbiũ dire

ptiões. Nec tẽꝑatũ ẽ a ꝓfanis hoſtiũ templis: ꝗ ſtrage nr̃a vulnera recõpẽſauimus. Scđo & tertio ꝑlio celeſti auxilio vſi victoriã adſecuti ſumus. Sed tertius ille cõgreſſus cæſis multis milibus finẽ bello ꝑſico fecit. Coſroes deſꝑatis rebus Cteſiphõtẽ aufugit. vbi a Siroe filio ĩterfectus eſt: qđ pr̃ Medarſe filio alteri: ſed natu minori regnũ tradiderat. quare & hic cecidit vxoreſq; negotio ꝑfecto Siroes ablatas opes q̃s reperit captiuoſq; Ro. & lignũ vite reſtituit heraclio: & primus ipe de morte pr̃is ac fr̃is ſcripſit ad pricipẽ: paxq; ei data ẽ hiis cõditiõibus: vt limes ꝑſici ac Ro. ĩꝑii Tigris eẽt: atq; Perſæ Meſopotamiã nõ adtẽtarẽt: tertiæ pugnæ dies faſtis Ro. adſcriptus adhuc magnæ veneratiõis ẽ exercitus victoꝝ & laureatus hõuſtus ferculis atq; tropeis magna lætitia & ĩgẽti glĩa Cõſtãtino. redit. dux purpuratus aureo ĩuectus curru nõ laureã manu ſed lignũ crucis tenẽs ſe lætãtibus populis ſpectãdũ ꝓbuit. Gratũ & ſalutiferũ ſpectaculũ occurẽtibus ſacerdotibus regio ornatu ĩſignibus: põpaq; admirabili ꝑeũte põtifice ĩ ſacratiſſimo tẽplo poſitũ ẽ: maior hic certe triũphus ꝗ ꝗ de ge limere victo & Aphrica recuꝑata hitus ẽ Imꝑauit Heraclius An. xxxi. ferũt Hidropiſi occubuiſſe. Alii ſcribũt nono cladis genere teſtiũ folliculo ſurſũ verſo: ſimul cũ virili mẽbro: & ſemꝑ tento: adeo vt quotiens meieret: niſi tabula Vmbiliculo admota prohibente: vultum locio ſparſiſſet: exiſtimant ob inlicitas nuptias id adcidiſſe. Lapſus etiam

fertur ĩ hereſim monotelitaꝝ. MAGMED.
Huius tp̃e ꝓdiſſe ĩ lucẽ Magmed memoriæ ꝓditũ ẽ obſcuris genitũ ĩ Arabia parẽtibus: captũq́ʒ ab ſcenitis numidaꝝ more viuũt: & mox vẽditũ: Abdimone ples Iſmaelitici gñis emit locuplex mercator q̃ ñ vt ſeruũ ſed libeꝝ loco educauit: forma pueꝝ cõſiliabat cũ adoleuiſſet mercimoniis p̄poſuit: q̃ dexteritate ĩgenii cõualeret cõmertito vſus christianoꝝ iudeoꝝq́ʒ & aliorũ & lucro augẽdo diligẽs: primũ dño gratus: idc in notitiã pluriorũ venit. Erat tũ ĩ Arabia Sergius mõacus. Eo. n. e bizãtio fugerat ſceleſtæ opĩonis pẽnas metuẽs: ĩq́ʒ domũ abdimone plis cõſuetudie diuertebat: Magmedi plurimũ fauẽs: nactuſq́ʒ iuueni facilitatẽ atq́ʒ prõptitudinẽ ĩ diuerſa haud difficulter deduxit. Interea Herus moritur ſine liberis: uxor vidua dũ virũ q̃reret & eſſet qnq̃genaria: domiq́ʒ haberet validũ annis iuuenẽ: domeſticis nuptiis uſa traditur Sergio vti ego exiſtimo: ꝑſuadẽte. Iuuenis magicæ vanitatis nõ expers: potẽs pollẽſq́ʒ carmine: intra paucos dies muliebri mẽti mirũ de ſe ſtudiũ ĩmiſcuit adeo vt illa nimio ardore deperiret. Cõripiebatur Magmed comitiali morbo q̃d vbi vxor aĩauertit egre ferẽs rogauit: quid nã rei eſſet. Tũ ille monitis Sergii deſine mirari ĩquit morbus abeſt Sed cõſpectũ cæleſtis nunctii ad me dei iuſſu veniẽtis ferre cũ nequeã mens & mẽbra obſtipeſcũt. Ideq́ʒ cõtigere oĩbus ꝓphætis narrabat: ſe quoq́ʒ

ꝓphætã eſſe dictans. Vana ſpe eluſa femina fidem pſtitit:& quē mō amabat obſeruare ſimul & colere cœpit. In ea pſuaſione cū idē obiſſet heredē viꝝ toto vt aiunt axe ſcripſit. Hiis opibus fretus palā de ſe loqbatur:multi adſētiebātur:preſertī feminæ:īter qs antea gliabunda vxor nomē laudeſqꝫ mariti & cæleſtiū congreſſus diſſeminauerat. Siq vero repugnarēt cogebātur armis:breuiqꝫ ſermōe & metu exercitū ſatis āplū coegit. Negligātia Cæſ. Auguſti aios pbuit q exiguis copiis prios illos conatus effrigere potuit Neglectus ignis paulatī augeſcēs .cū fomes ſuppetit:abſumit oīa Deſidiaqꝫ nr̄o & pnitioſa tabes creuit cui fomētū medicæ manus adhibere nequeūt. Arabes primi defecere: ꝓximæ deiñ regiōes:īpaqꝫ iuaditur Syria:in q̄ ferax Damaſcus vi expugnata viuētis Phylarchi & tēplū & diuinos honores priceps īſpexit. Pugnaſſe poſtea fertur cū Perſis & ptē copiaꝝ amiliſſe:rediiſſeqꝫ ad ſuos Arabas copiaſqꝫ ſuppleuiſſe Scenitis manu tñ bello validiſſima & rebus geſtis clara q̄ idignata ob negata ſtipendia fraude q̄ſtoꝝ:& Romani ducis tenacitate: Magmedi heſit:& tūc defeciſſe ꝓuicias qdā ſcribunt. Scriptor haud ignobilis q paulo poſt illa tp̄a fuit tradit Magmed cū plæriſqꝫ adſeclaꝝ cohortibus Syriā intraſſe:& p legatos petiiſſe ab Heraclio regiōes ad icolēdū:atqꝫ īpetraſſe:& igentē illū numerū:cū alimenta deeſſent direptionibus agroꝝ villarūqꝫ & vrbiū qſi-

uiſſe:adiiciũt poſt rapinas reuerſum eũ ad ãtiquas ſe des:apuiſſeq; leges:&fuiſſe legiſlatorẽ:tandẽ natũ an nos.xl.veneno Interiſſe.Quod adfines dominorũ ad quos hereditas ſpectabat parauiſſe ferũt:& clã cibis inmiſcuiſſe.Eo ſublato Iſmahelitica gens qđ ab duce didicerat fere palã deterrita nõ eſt.Tota fere quæ an tea cæperat ceſſit Aphrica:ſed oræ Mediterranei ma ris longe ſerius.Demũ deſidia Romanorũ principum eo ſupſtitio creuit vt magnitudĩe eius atq; armis per territus oriens & bona pars Europe:non ſine cladæ: & noſtra ignominia:deſciuerit.

## DE PROGENIE HERACLII.

Heraclius ex Fabia Eudocia vxore ſuſcepit Epiphani am & Heracliũ:q Cõſtantinus nouus adpellatus eſt: quem ieunte ætate ſacro diademate adornauit pater. Defũctæ Fabiæ funus cũ efferetur puella ſorte quadã ſpuit p feneſtrã:cõtigitq; tetigiſſe elatũ Cadauer:nul la facta mora cõphenſa & rogo Fabiæ poſita viua exu ſta.Duxit poſtea Martinã filiã frĩs lata lege vt idem oĩ bus liceret:ex qua genuit Heraclonã Succeſſit primũ pr̃i Cõſtãtinus nouus p regnũ a pr̃e adcæpit:nõ ma lũ fidei dogma:nõ dũ annũ ĩpetrãs a nouerca veneno ſublatus ẽ.adripuit ĩperiũ martina cũ heraclena,q na tus erat an.x.& hii cõſpiratiõe ſenatus añ bieniũ capti & ĩ exiliũ capadociã miſſi mulieri liguã p̃cidũt neorõe q̃ plurimũ valebat:pplõs cõmoueret:puero abſcide

rũt naſũ: ne decor aut grã i vultu miſeratione̅ faceret Senatus tunc ſine militibus pricipe̅ fecit: qd raro cõtigit: & añ & poſt tacitũ Aug. electus e̅ Cõſtas Cõſtãtini. F. genitus ex Gregoria filia Nicete Prĩcii & is filius Gregoriæ p multũ dilectus ab Heraclio fuerat: magniſq; honoribus fũctus. Cõſtãs vero dũ fruſtra i Lõgobardos ipetũ facit in ſuos cõuertit irã laminas arge̅teas: qbus Pãtcõ tegebatur & alia q̃dã pcioſa relliqas hoſtiliũ p dap̃ atq; icẽdiop̃ ſubſtulit: & ſecũ in Siciliã tulit Dũq; ibi i balneis ſe lauat a miniſtris auctore Mazeſe iterfectus e̅: q dum pace Conſtatinopoli fruitur morte̅ obiit regnũq; p manus filio Iuſtino tradidit In hoc defecit Heraclii pgenies. x. iperii ãno deiectus ſolio a Leõtio Prĩcio exul i põto adflictus calamitate occubuit abſciſſis naribus: ſoli Heraclio iter oe̅s pricipes R. q̃tũ rep̃ geſta p̃ monime̅ta doce̅t ſtirpis ſuæ apud iferos ſextũ legere Auguſtũ Lacheſis ſuo i extricabili volumine cõcedit. Præfuerũt oe̅s An. LXXXVII.

Finis

Romanæ hiſtoriæ compendiũ ab interitu gordiani iunioris vſq; ad Iuſtinũ tertium a Pomponio læto cõpoſitum: & antiqua orthographia: ſicuti auctor ipſe antiquitatis omnis diligentiſſimus indagator affectatorq; manu propria exſcripſit Impreſſũ pariſiis impenſa Solertis viri Ioannis pratenſis. Anno a natali chriſtiano M. ccccc. primo. Noñ. maii.